[163] Sententiam huius theologi Ordinis Praedicatorem non invenimus in Tabulario S. Congr. Officii. Ubi nam invenitur, non nobis constat. In pluribus tamen manibus inveniri potuit hoc tempore; ubi tamen finivit — est res ignota.

131.

Roma, 2. XII. 1595.

Congregatio particularis de articulis Unionis.

Bibl. Vat., *Urb. lat.*, 1063, fol. 917.
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 94, nr. 537.

Di Roma, li 2 Xbre 1595.

Si tenne martedì congregazione in casa del Cardinale Santa Severina,[164] per le cose di quei Vescovi Ruteni, per vedere di accomodare le capitulationi, con le quali si doveranno unire alla santa chiesa catholica romana per il che vi furono ammessi ancora molti teologi, cosa insolita a farsi, et si crede, che martedì della prossima settimana si farà un'altra, ove si stabilirà quanto sarà necessario intorno al loro negotio.[165]

. . .

132.

Vilno, 4, 5, 6. XII. 1595.

Clerus Vilnensis orthodoxus conqueritur, Metropolitam et consules civitatis Vilno fidem orthodoxam persequi.

Акты издаваемые виленскою археографическою коммисіею, t. VIII, p. 19.
Mon. Confr. Leopol., vol. I, p. 682, nr. 396.

Лѣта божого нароженья 1595, мѣсеца декабря 4 дня.[166]

Пришодши до враду его королевское милости кгродского воєводства виленского, до мене Миколая Юрьевича Зеновьевича, подкоморого ошменского, намѣстника виленского, свещенникъ виленскій православія греческого церкви рожества пречистое богородицы на предмѣстью виленскомъ, на Росѣ стоячое, отецъ Дементіянъ Добриньскій оповѣдалъ и обтяжливе жаловалъ о томъ. Ижъ дей што часовъ недавныхъ за распространеньемъ слуху въ народѣ христіяньскомъ о отщепенствѣ митрополита и владыкъ закону греческого въ панствахъ его королевское милости господара нашого милостивого, въ коронѣ польской и великомъ княжествѣ литовскомъ, которые, кромъ жадного синоду и порозумѣнья

---

[164] Julius Antonius Santoro, dictus Cardinalis Sanctae Severinae, creatus cardinalis adhuc sub Gregorio PP. XIII, et per longum tempus praesidebat laboribus s.d. Congregationis Graecorum. Nihil habetur hodie in Tabulario S.C. Officii.

[165] Die 5 decembris.

[166] Documentum hoc tantummodo indirecte tangit Unionem Berestensem, tamen optime illustrat sensum adversum Unioni Berestensi, praesertim Vilnae, in Lithuania.

народу христіяньского, скрыте и потаємне, сами одни межи собою уковавши, отъ благословенства светѣйшихъ пастыровъ своихъ и вселенскихъ патріярховъ кгрецкихъ отступивши, подъ благословенство папежа римского и подъ календарь, отъ него новозмышленный поддали ся, онъ, помененый священникъ роскій, посполъ зъ другими товарищи своими, свещенниками виленскими, въ часъ постерегаючи того, абы потомъ и ихъ, яко невѣдомыхъ, съ паствами словесныхъ овецъ имъ вручоныхъ, до тогожъ отщепенства своего помененые владыки не приволокали, еще перво сего на таковое отступленіе ихъ не зезволяючи и оных, которые бы явными отступниками показали ся, за пастыровъ признавати не хотячи, протестаціи свои тутъ до враду кгродского виленского внесли. А потомъ кгды дей отецъ митрополитъ листъ свой неблагословенскій прислалъ, того священника роского отъ всѣхъ дѣйствъ церковныхъ отлучаючи, ни для чого иншого, только ижъ дей съ свещенниками виленскими братскими, порозумѣваючи ся, єго за пастыра признавати не хотятъ; тогды и на онъ часъ оный свещенникъ роскій, посполъ зъ другими свещенниками братскими (на которыхъ тежъ дей оный митрополитъ неповинныхъ, але тежъ по серцу, кромъ жадного права, неблагословенство прислалъ) отказали и до книгъ урадовыхъ ку записанью подали, слухати єго въ томъ не хотячи, до того часу, ажъ се имъ самъ отецъ митрополитъ, синодъ духовный собравши передъ всею церковью справитъ съ помененого отщепенства, на него пописаного, беручи собѣ на помочъ у статутѣ правъ духовныхъ двѣ правила: шестьдесятъ осмое и сто тридцять четвертое карфагенского собора, гдѣ пишетъ: Причетникъ єстли мнимаєтъ, ижъ єстъ не по правдѣ отъ епископа своєго отлученъ, тогды передъ соборомъ отсудити ся маєтъ, а свѣцкій урядъ летити єго не маєтъ. Также єсли епископъ, причины єще на причетника не досвѣдчивши, отлучитъ отъ церкви, самъ отлученъ быти маєтъ; кгдыжъ, яко опѣваєтъ правило четвертое седьмого вселенского собора: не подобаєтъ єпископу по своихъ страстехъ никого отлучати; и пятоенадцятое правило первого и второго собора константинопольского, который въ церкви апостольской учитъ: єсли нѣкоторые отступятъ отъ нѣковєго єпископа не для иншого грѣху, але за єресь єго, таковые честы достойны суть, яко православные. Што дей ширей и достаточней въ тыхъ протестаціяхъ ихъ єсть описано. То такъ дей дня нынѣшнего у понедѣлокъ, порану, мѣсеца декабра четвертого дня, року деветьдесятъ пятого, єще предоднемъ могло быти за годину, протопопа и намѣстникъ митрополіи виленской Іоанъ Парфеновичъ а писаръ рускій мѣстскій виленскій ратушный панъ Иванъ Андреевичъ, съ помочниками своими, пришодшими до него свещенника роского, до дому єго, казали єму церковъ отомкнути, менечи быти для нѣкоторыхъ справъ духовныхъ. Который дей кгдымъ

церковъ отомкнулъ тогды дей тые пречоные протопопа и панъ Иванъ писаръ ратушный виленскій, нѣтъ вѣдома за чіимъ росказаньемъ, скарбъ церковный съ тое церкви єго почали брати, и взяли дей келихъ сребраный, крестъ сребраный, євангеліе напрестольное оправное въ ризы; съ которымъ дей кгды оный свещенникъ роскій того скарбу давати не хотячи, крестъ сребраный до себе былъ взялъ, тогды дей оны кгвалтомъ оного свещенника тамже у церкви шарпати почавши и крестъ зъ рукъ отъ него моцно кгвалтомъ отняли и тотъ дей скарбъ єго церковный моцно кгвалтомъ съ церкви обравши и церковъ замкомъ своимъ замкнувши, прочъ отышли. А потомъ дей повторе тогожъ дня вишейпомененого, у понедѣлокъ, райцы два мѣста виленского, лавицы руское, панъ Грегорей Печонскій а панъ Илья Исаковичъ, пришодши, тую церковъ єго на Росѣ запечатовали. И такъ дей кромъ жадное вины, не судивши єго, безправнѣ отъ церкви божое отлучили и хвалу божую затворили и увесь народъ христіяньскій парафіи єго, ку великому затрвоженью привели, надъ законъ божій и правила светихъ отецъ, гдѣ пишетъ третего собора помѣстного, иже въ Гангрѣ, правило пятоє: Естьли хто учитъ приобидити домъ божій, рекше церковъ, пріобидити и не радити о ней, ни собирати ся въ ней на пѣніе во время молитвы, да будетъ проклятъ. Протожъ немалую въ томъ кривду церкви божой и собѣ свещенникъ роскій быти мѣнечи, просилъ о возного на запитанье протопопи и намѣстника митропольего виленского, также бурмистровъ и радецъ мѣста виленского лавицы руское: зъ якихъ причинъ они таковый кгвалтъ церкви божой и єму безправне учинили? Я єму на то зъ ураду придалъ возного господарского повѣту виленского Яна Косинского, который на той справѣ бывши и тогожъ року деветьдесятъ пятого мѣсеца декабра четвертого дня, до враду пришодши, очевистого въ той справѣ сознанья своєго квитъ, подъ печатю своею и съ подписомъ руки своее также подъ печатьми шляхты, стороною при немъ будучое, ку записанью до книгъ кгродскихъ виленскихъ далъ въ тые слова писаный:

Я Янъ Косинскій, возный господарскій повѣту виленского, сознаваю симъ моимъ квитомъ, ижъ я, маючи при собѣ сторону людей добрыхъ, штяхту, пана Миколая Петриманского а пана Юрья Яновича, былъ есьми на справѣ свещенника роского виленского, отца Дементіяна Добринского, зъ стороны побранья скарбовъ зъ церкви єго и замкненья и запечатованья тоє церкви черезъ протопопу и намѣстника виленского митропольего и черезъ урядъ мѣстскій ратушный виленскій лавицы руское. Якожъ кгды дня оногдашнего мѣсеца декабря пятого, во второкъ року деветьдесять пятого кгды тотъ свещенникъ роскій, отецъ Дементіянъ, со мною возным и стороною вишейпомененою пришодши тутъ у мѣстѣ виленскомъ, до протопопы и намѣстника митропольего вилен-

ского, Іоанна Парфеновича, въ домъ єго при церкви перенесенья святого Николы, и питалъ того протопопы: для которое дей причины и за чіимъ розказаньемъ таковый кгвалтъ церкви божой єсте учинили, скарбы съ церкви божое побрали и церковъ замкнули и запечатовали, хвалу божую єсте затворили, и мене дей, кромъ жадное вины не судивши мене, безправне отъ церкви божое єсте отлучили, надъ законъ божій и права наши духовные? На то пречоный протопопа повѣдилъ: пойдете дей до бурмистровъ и радецъ мѣста виленского лавицы руское, до братства ихъ, кгдѣ они схажки свои мѣваютъ, тамъ же дей и я пойду и зъ ними посполъ вамъ на то откажемъ. И кгды єсьмо заразъ до пановъ бурмистровъ и радецъ мѣста виленского лавицы руское, до братства ихъ помененого пришли, отецъ Дементіянъ, свещенникъ роскій виленскій, въ тыежъ слова, яко и до протопопы, мовилъ. Будучи тежъ тамъ и протопопѣ зъ ними посполъ, питалъ пановъ бурмистровъ и радецъ рускихъ: для которое дей причины ваша милость, кромъ жадного права, никоторое слушное вины на мене не показавши и мене дей не судивши, ани правомъ не переконавши, отъ церкви божое отлучили, скарбы церковные моцно — квалтомъ съ церкви роское, гдѣ я настоятелемъ и служителемъ поставленъ, побрали, церковь замкнули и запечатовали, и хвалу божую затворили, и народъ хрестіянскій парафеи єго до стрвоженья привели, надъ законъ божій и права церковные? На то панове бурмистрове и радцы помененые передо мною вознымъ и стороною отказали: теперь дей на то тобѣ, отче, ничего не отказуємъ, але дей завтра на письмѣ отказъ тобѣ черезъ вознаго дамо, бо дей писара на тотъ часъ при собѣ не маємъ. И за тымъ прочъ отъ ныхъ отошодши, за оказанємъ оного свещенника, видѣлъ єсьми я возный церковь єго на Росѣ замкненую и запечатованую. А потомъ на завтрее, мѣсеца декабря шостаго дня, писарь мѣстскій ратушный виленскій рускій, панъ Иванъ Андреевичъ, отъ пановъ бурмистровъ и радецъ помененый отказъ въ той справѣ вышей писаной, на письмѣ по руску, до рукъ мене возного, Яна Косинского подалъ тыми словы: На запитанье свещенника бывшаго виленского роского, Дементія Ильяшевича Добринского, ихъ милость панове бурмистрове, радцы и лавники мѣста виленского, стороны закону греческого, при мнѣ, возномъ повѣту виленского, Яну Косинскомъ, и при двухъ шляхтичахъ, при пану Миколаю Петриманскомъ а пану Юрью Яновичу, повѣдили тыми словы: ижъ дей мы, яко урадники того мѣста виленского отъ королей ихъ милости зешлыхъ и отъ теперешного короля єго милости, нашого милостивого пана, будучи упривильеваными а маючи вси церкви виленскіе отъ королей ихъ милости собѣ въ дозоръ и опатренье и подаванє нашоє поручонныє, водлугъ привильевъ королей ихъ милости, которые, посполъ зъ єго милостью отцомъ митрополитомъ,

або зъ намѣстникомъ єго милости протопопою и иншыми свещенниками виленскими соборовыми людемъ духовнымъ, добрымъ, цнотливымъ, умѣетнымъ и богобойнымъ подаємъ, также тѣжъ и отъ тыхъ, которыє бы при тыхъ церквахъ боскихъ непристойне и неслушне ся справовали, также весполъ и зъ свещенниками соборовыми, отбирати маємъ, — то, въ порученію и моцы нашой врадовой и съ повиппости нашоє врадовоє, въ кождый рокъ вси церкви описуємъ и догледаємъ, абы вси скарбы и наданя людскія, старыя и новыя, при церкви вцалє зоставали; якожъ дня вчорашнего, кгды єсьми въ той церкви роской, водлє старого попису, речей церковныхъ посполъ зъ отцемъ протопопою переглидали и обачили єсьмо то, ижъ за держанья того свещенника Дементія Добринского не мало речей церковныхъ, єму ведле давного попису повѣреныхъ, не доставаєтъ, и крестъ церковный сребный подъ сукнею и за пазушкою у того свещенника отецъ протопопа, которого скрыяннаго съ церкви винести и на пожитокъ свой обернути хотѣлъ, отнялъ; и постерегаючи, абы большеє шкоды тая церковъ божья не поносила, сребро церковноє до схованя безпечнѣйшого, до скарбу церкви соборноє, до часу єсьмо взяли, и церковъ роскую своимъ замкомъ замкнуть и запечатовать казали, до того часу, покули ся отецъ Дементіянъ и тыє вси речи, которыхъ недоставаєтъ, намъ, яко сторожомъ у правѣ своємъ духовномъ, усправедливится. Которое сее сознанье моє я возний далъ єсьми ку записанью до книгъ кгродскихъ виленскихъ съ печатью моею и съ подписомъ руки моєє по польску, и съ печатьми шляхты стороны вышейпомененоє. Писанъ у Вильни.

При которомъ сознанью вознаго, тутъ же будучи очевисто передъ врадомъ кгродскимъ виленскимъ не малое множество людей православія кгреческого, обивателей мѣста єго королевскоє милости виленского, оповѣдали ся съ тымъ: ижъ дей тыхъ недавныхъ часовъ єго милость отецъ митрополитъ вынесъ и тутъ на врадѣ актикованы суть листы съ канцлереи єго королевскоє милости, нашого милостивого пана, за даньємъ справи єго королевской милости, яко быхъ мы отца митрополита слухать не хотечи, бунты нѣякіє чинить и церкви бозскіе печатовать мѣли, чого дей, яко єсьмо николи не чинили, такъ о томъ ани мыслить не хочемъ, абысьми якіє бунты чинити, альбо церкви божіє печатовать мѣли; але дей теперь явне ся то показало, же самъ же отецъ митрополитъ черезъ протопопу и намѣстника своєго посполъ съ урадомъ мѣстскимъ виленскимъ лавицы русскоє съ церквей божіихъ скарбы забираютъ, поповъ кромъ жадноє слушноє вины, надъ законъ божій и права духовныє, не судивши ихъ отъ церквей отлучаютъ, церкви замыкаютъ и печатуютъ, и хвалу божую затворяютъ и до немалого затрвоженья народъ христіянскій приводятъ. А мы дей, єсли митрополита слухати не

хочемъ, ино дей то чинимъ для того, ижъ отецъ митрополитъ благословенство старшихъ своихъ свѧтѣйшихъ патріарховъ кгрецкихъ, зъ иншими владыками своими, отступилъ и подъ благословенство папежа римского поддалъ ся.[167] Прото дей, якось мы ся перво сего протестовали, такъ и теперь съ тымъ ся освѣтчаємъ, ижъ митрополита теперешнего до того часу за пастира мѣти не хочемъ, покуль єго милость, водлугъ повинности своее, соборъ духовный зложитъ, и себе передъ всею церковью съ того отщепенства очистить. —

О што просили, абы то все до книгъ кгродскихъ виленскихъ было записано, што все єсть до книгъ записано.

Notandum: e = є

133.

Roma, 6. XII. 1595.

Alia congregatio particularis de articulis Episcoporum ucrainorum et bielorussorum.

Bibl. Vat., *Urb. lat.*, vol. 1063, fol. 935-35v.
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 94, nr. 538.

Di Roma, li 6 Xbre 1595.

(f. 935)...

Hieri[168] fu tenuta un altra congregatione innanzi a Santa Severina (f. 935v), con intervento di alquanti Cardinali et di molti teologi, per la causa scritta de Vescovi Ruteni, ma intorno alle loro capitulationi non fu terminato quello, che si dovesse fare, il che doveva effettivarsi dal Cardinale Sfondrato,[169] a cui solo sarà commessa la detta causa a fin che vi proveda.

. . .

134.

Roma, 9. XII. 1595.

Congregatio particularis de articulis Episcoporum.

Bibl. Vat., *Urb. lat.*, vol. 1063, fol. 967.
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 95, nr. 534.

---

[167] Deliberatio episcoporum sese uniendi iam nota erat fere ombus clericis et fidelibus, praesertim Vilnae.

[168] Die 5 decembris (die Martis).

[169] Cardinalis Sfondratus, creatus adhuc sub Gregorio XIII.

Di Roma, li 9 di X.bre 1595.

(f. 967)...

Martedi[170] si tenne congregatione in casa del Cardinale Santa Severina, con intervento d'alquanti Cardinali et di molti theologhi, per vedere di accommodare et stabilire le capitulationi, con le quali i Vescovi Ruteni vogliono unirsi alla santa chiesa cattolica romana.

. . .

135.

Cracovia, 14. XII. 1595.

De reductione Ducum Ostrogensium ad unionem cum Sede Apostolica.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 88v (reg.).
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 95, nr. 540.

Cracovia. Al medesimo, li 14 di Xbre 1595.[171]

(f. 88v)...

Il Duca Constantino[172] si è finalmente risoluto di voler fare ciò, che i figliuoli suoi lo consigliaranno in materia della Unione con la chiesa cattolica.

La domenica prossima si doveva abboccare con essi figliuoli con l'assistenza del Vescovo di Luceoria,[173] et delli altri deputati. Et per essere il Castellano di Cracovia cattolico, et altro figliuolo molto propenso ala santa fede nostra, si spera assai bene; il fine che si ha è di indurre il Duca a sottoscrivere alla Unione, et poi concedere un convento di theologhi, per disporre gli animi delli laici a mandare anco essi a Sua Santità a favore di detta Unione, V. S. Ill.ma si compiacerà di dar parte di tutto questo alli Vescovi Rutheni, et trattenerli costì insino a nuovo mio aviso. Sono le cose assai bene incaminate ancorchè li soggetti con chi si tratta siano incostanti et leggieri.

136.

Roma, XII. 1595.

Summarium privatum articulorum Unionis Ruthenorum.

ASV, *Nuntiature diverse*, vol. 282, fol. 96v-109v.

---

[170] Die 5 decembris.
[171] Cardinali S. Georgii i.e. Cinthio Aldobrandini.
[172] Constantinus Ostrozskyj.
[173] Bernardus Maciejowski, episcopus Luceoriensis latinus (1588-1600).

RISTRETTO DELLE DIMANDE DE VESCOVI RUTHENI[174]

1. Non siano costretti ad alterare intorno la Processione dello Spirito Santo quello che determina il Concilio Florentino.

2. Possono recitare li Divini ufficii nelle Messe, Orationi, et altre preci conforme il rito Greco, e particolarmente le tre Messe de Santi Basilio, Chrysostomo, et Epifanio.

3. Si permetta loro l'uso della Santissima Communione sub utraque specie.

4. Il Sacramento del Battesimo si conferisca nel modo Greco con le stesse parole, senza aggiunta, o mutatione alcuna.

5. Del Purgatorio si rimettono a quello che la Chiesa Romana insegnarà loro.

6. Accettano il Calendario riformato in ogni cosa, eccetto che nella celebratione della Pasque, e nelle festa dell'altri Santi.

7. Non siano astretti a far le Processioni usate dalla Chiesa Romana del Santissimo Corpo di Christo.

8. Ne alla beneditione del fuoco, che sì fa il Sabato Santo, ne al legar delle Campane la settimana Santa.

9. Sia lecito a Sacerdoti il matrimonio, eccetto la Bigamia.

10. Per le Lettere, e provisioni Apostoliche i Vescovi non siano obligati mandare a Roma, ma nominati che saranno dal Re, e siano consecrati secondo il rito Greco dal Metropolita, il quale però habbia egli à procurare per sole Bolle; se però nè sarà eletto Metropolita, dopo, che fosse Vescovo, nel quale caso, come già approvato, non s'intende havere bisogno; si contentano però, che si dia douta al Sommo Pontefice avanti l'Arcivescovo di Gnesna, non come ad Arcivescovo, ma come al Primate del Regno.

11. Per maggior veneratione della loro Dignità, scriva la Santità di Nostro Signore al Re, et a Senatori così Ecclesiastici, come secolari, intercedendo, che concedono a Vescovi luogo in Senato.

12. Si scriva a loro ne Comitti Generali, e ne particolari Conventi, come a l'altri Ordini.

13. Non siano astretti all'uso delle cerimonie latine.

14. I matrimoni fra persone della Religione Romana, e Grecha non si vietino, ne i Congiunti in matrimonio si possimo costringere a mutare il loro rito.

---

[174] Agitur hic de restrictu materiarum tantummodo ecclesiasticarum, postquam articuli seu conditiones episcoporum ruthenorum iam examinatae fuerunt tum Varsaviae tum Romae. Cfr. supra, sub nr. 61.

15. Gli Archimandriti siano sottoposti secondo l'anticha consuetudine a Vescovi.

16. Non si prohibisca, che nelle loro Chiese si sonino le campane il Venerdi Santo.

17. Possano visitare gl'Infermi col Santissimo Sacramento secondo il rito anticho e col medesimo fare le processioni i giorni festivi, conforme al loro uso.

18. Se gli avverrà, che alcuno si dichiari escomunicato da Rutheni Vescovi, la Chiesa Romana con l'assolva, come all'incontro niuno scomunicato dalla Chiesa Romana accetteranno Rutheni.

19. I monasterii e Chiese che consentiranno, e persevereranno in questa unione, non passino alle Chiese della Religione Romana.

20. Se il rimanente de Greci, seguendo questo essempio, verranno nel grembo della Santa Chiesa, sia comune ad essi Rutheni ciò che a favore de Greci si potesse determinare, come a grege, che tutta riconosce un solo Pastore.

21. Chiedono inoltre alcune cose che totalmente dependono dalla Potestà et autorità del Re, che non hanno relatione alla loro unione con la Chiesa Romana, et perciò si lasciano.[175]

137.

Roma, 16. XII. 1595.

Quidam ecclesiasticus romanus refert opinionem Curia Romanae de articulis Unionis Ruthenorum, a S. Officio examinatis. Dantur varii textus differentes paululum.

ASV, *Nuntiature diverse*, vol. 282, fol. 99r.
BIBL. VAT., *Ottobon. lat.*, vol. 1088, fol. 278-83; et fol. 130-139.
MUH, vol. I, pag. 111-116, nr. 197.

Al Signor Gio. Vincenzo Pinelli, a Padova.[176]

Si stanno tuttavia considerando queste domande de Rutheni, premendosi di spedirli avanti le feste. Nel titolo della scrittura, ch'hanno dato fastidio al Padre Saragosa, e l'hanno fatto andar rigoroso nel resto. Le parole sono: Articuli seu Conditiones, quas nos Adamus etc. a Catholica Romana Ecclesia, prius quam ad ipsius unionem accedamus, requirimus.[177] Perciò che, dice il Padre, il venir nel grembo della Santa Chiesa è atto necessario alla salute; chi chiede per venirvi gratie, et conditioni,

---

[175] Cfr. selectionem conditionum potius saecularium sub nr. 62.
[176] Idem de quo supra.
[177] Cfr. sub nr. 61.

non par, che resti pienamente capace per questa necessità, et procuri la riunione per interesse, e per altri commodi, e con speranze di conseguirli. Per altro alcuni articoli il Padre reputa doversi concedere, alcuni negare totalmente, altri dichiarare, e limitare.

Nel p-mo è necessario che si conformino omninamente con la determinatione della Chiesa Latina, e quanto alla sostanza, et quanto alla forma delle parole, non concernendo questo punto riti o cerimonie, nelle quali sarebbe tolerabile qualche alteratione, ma l'essenza della fede.

Il 6-o si rifutta ancora, perche se l'anno s'è corretto principalmente perche la solennità della Santissima Pasqua si celebri a tempi debiti, e si fuga ogni communione con quelle de Guidei, come accettano i Rutheni il Calendario nuovo, se vogliono celebrar la Pasqua e l'altre feste secondo il vecchio.

L' 8-o ne pure è da concedersi perchè gl'heretici aborriscano le beneditioni, onde in ciò si procederebbe di concerto, et unione con loro, o vero sarebbe luogo da sospettarlo.

Il 18 repugna con la suprema potestà del Papa, et con la suprema potestà, che i Rutheni vengono a ricognoscere in lui, prescivendogli, che non possa assolvere g'escomunicati da loro.

La 2-a, 3-a dimanda si concedano, e così la settima, la 10, 12, la 13, 19, e 20 et l'altre seguenti.

Intorno al Purgatorio nel che chiedono Rutheni d'essere instrutti, porta il Padre bellissime sentenze, e dottrine da insinaurse loro. E facendosi dalla legge vecchia et discendendo per la nuova, et Evangelica, viene alla determinatione d'Santi Padri e de Concilii, mostrando essere stato in tutti i tempi creduto il Purgatorio; et proposte le devotissime, et pie instruttioni, perche non si tralasciassero i suffragi per li morti. Sono i luoghi della Scrittura: 2-o Machabeorum 12: Sancta ergo et salubris cogitatio pro defunctis exorare; Tob 4-o: Panem tuum et vinum super sepulturam iusti constitue; Psal 65: Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium; Isa. 4-o: Purgabit Deus sordes filiorum, et filiarum Syon; Mich 7: Si cedidi, resurgam, cum sedero in tenebris, iram Domini portabo; Zach: 9-o: Tu autem in Sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu; Mal. 3: Ipse sedebit quasi ignis conflans. Nel Testamento nuovo: Matt. 12- Non remittetur neque in hoc saeculo, neque in futuro; Prima Corynth. 3: Ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem; P-a Corynth. 15: Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt, ut quod baptizantur pro illis? hoc est affligunt se ieiunio, precibus, et suffragiis allisq; id enim est baptizari pro mortuis; Matt. 5: et Luc. 12: Esto consentiens adversario tuo cito dum es cum eo in via, ne forte tradat te adversarius Iudici, et Judex tortori, et mittaris in carce-

rem. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem; Matt. 5: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, qui dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio, qui dixerit fatue, reus erit gehennae ignis. Luc. 16: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula; Lucae 23: Memento mei, dum veneris in Regnum tuum; Act. 2-o: Quem deus suscitavit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri eum ab illis; Philip. 2-o: Ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum. Aggiunge a questi i Padri, et i Concilii: Cartaginense 3. Can. 47, et il 4. Can 79. Aurelian 2. Can. 14. Vormatien can. 10, et altri Provinciali, che espressamente ordinano l'orationi, e sacrifici per li morti, il che pur fanno i Generali, come il Lateranense sotto Innocentio 3-o, Can. 66; Il Fiorentino sess. ultima; Il Tridentino, sess. 25. Et questo intorno il 5-o Capitulo.

Al 7-o si dice: Detestano l'uso della Processione del Santissimo Corpo di Christo istituita da Urbano 4-o, fin dall'anno 1200, i Lutherani, e Calvinisti, et altri heretici con quali pare, che consenta chi ricusa di celebrarla; perciò s'essortino i Rutheni ad accettarla quasi da loro, dopo la loro riunione instituita.

Intorno a matrimonii de sacerdoti, de quali si parla nel 9 articolo, si ammoniscono, che considerino bene quello, che in ciò determinano i Sacri Concilii, a finche non s'introduca, o seguiti qualche mal'uso, et s'autentica col'autorità del Papa.

Osserva, esser state meno frequenti nella Chiesa i scismi et l'eresie dopo ch'i Vescovi sono ricorsi per le loro Bolle dal Romano Pontefice, persuade a pigliarle da lui, il conoscere nel Papa il Capo della Chiesa, et il persuadere quella unione, che Rutheni vengono procurando; il che si dice per quello, che tocca il 10-o Articolo.

Il 14-o si concede, avertendo perciò, che si determina nel Concilio di Trento, sess. 24.: Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit, et doceat iuxta evangelicam, et Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterutrius Coniugum, matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dabit, non posse altero Coniuge vivente aliud matrimonium contrahere, moecharique eum qui dimissa adultera, aliam duxerit, et eam, quae dimisso altero, alii nupserit. Anathema sit. Questo Anathema direttamente è contro Lutero e Calvino, Bucero, e gl'altri mostri della Germania; ma indirettamente è contro Greci, che inconsideratamente osservano ciò, che gl'heretici difendono; si ammoniscano perciò i Rutheni, che dovendo i matrimonii fra i Latini, et i Greci esser liberi, deve anche apparire giustificata la verità dell'un matrimonio, e dell'altro; onde i Greci non usino in mala parte i nostri, come fanno i loro.

Non si toglie, che gl'Archimandriti, et loro monasterii, et Monaci non siano sottoposti a Vescovi, come si chiede nel 15-o articolo; è non dimeno da ricordarsi le molestie, che molte migliaia de Monaci hanno sofferto sotto Gio. Vescovo di Gerusalemme, dopo la morte di Saba Archimandrita, e Cirillo, et in Constantinopoli sotto Nectario; onde sarebbe o da limitare la giurisdictione, et specificare i casi, ne quali fosse lecito a Vescovi ingerirsi ne negotii de Religiosi, o concedere i ricorsi alla Sede Apostolica, e finalmente provedere alla loro quiete, et alla tranquillità della loro vita; Onde sapessero, et intendessero, dover esser in ogni accidente fomentati, e protetti dalla Sede Apostolica, già che il maggior fasto dell'Oriente è fondato nelli Archimandriti.

All'articolo 16 si ricorda loro quanto fosse severo, e stretto il digiuno instituito dagl'Apostoli in quei giorni dedicati al pianto, et alla mestitia, onde è da credere, che se in quel tempo fosse stato in uso il sonar delle Campane, sarebbe stato prohibito non meno che l'uso del vino, della carne, e d'altri cibi delicati; si che pare che il Greco non resti ben persuaso della dolorosa memoria di quei giorni, mentre ammette, et desidera il suono delle Campane.

Il conservare il Santissimo Sacramento dell'Eucharestia, e portarlo poi a somministrarlo a gl'Infermi, anzi il concederlo a molti, ch'il tenesserro presso di loro per riceverlo, quando loro fosse paruto spediente, di che tratta il 15 articolo, è consuetudine antichissima, e lodevole; si ricorda però a Rutheni, che molte volte il recedere dagli riti antichi, quando ad essi sono succeduti i migliori, è parimente laudabile, e più decente. Chi approverebbe hoggi i concorsi nelle grotte e l'altre pie radunanze, che si facevano anticamente ne luoghi remoti, quando ne Chiese v'erano ne v'era sicuro in publico ai Cristiani essercitare i nostri atti della fede; ma potendosi hora senza pericolo, e con maggior decenza, et portare in volta et esporre il Santissimo Sacramento dell'Eucharistia sopra l'altari nelle Chiese a fedeli e devoti Christiani ad adorare, e ricevere consolatione, e ristoro, chi non vede esser atto di maggior veneratione, e riverenza che portarlo in volta senza necessità, e con raggionevol timore di molti inconvenienti; si essortano però i Rutheni a non privarsi del merito di haver accettata, e posta in uso fra loro così pia e venerabile ancorche nuova institutione.


Queste considerationi contiene in sostanza una scrittura del Padre Saragosa sopra gl'articoli, e dimande di Vescovi Rutheni, e con questa si crede, che saranno regolate le gratie, che si concederanno loro;[178] si dice

---

[178] Scriptura haec, proh dolor, non inveniutur in Tabulario S.C. Officii; alibi esset quaerenda.

però che daranno nuova scrittura, nella quale levato o mutato il principio, si ristringeranno a quelle petitioni solamente, che già sapranno dover essere loro concesse, perche non apparisca, che essi habbiano pretesa cosa fuori del raggionevole, e che dovesse esser lor negata. Tutte queste scritture mi verranno alle mani con più tempo.[179] E le bacio le mani.

Roma 16 Dicembre 1595.



[179] Ratione cardinalis Cinthii Aldobrandini, cui noster relator erat a servitiis.



CLEMENS VIII

(30.I,9.II.1592 — 8.III.1605)

DOCUMENTA UNIONIS BERESTENSIS EIUSQUE PROFESSIONIS

DOCUMENTA UNIONIS BERESTENSIS
(1590-1600)

138.

Roma, 23. XII. 1595.

Negotia in Curia Romana suspenduntur ob morbum padagrae S. Sanctitatis; characteristica ep. Plocensis.

ASV, *Fondo Borghese,* Ser. III, vol. 18, fol. 280rv.

L'importuna podagra di Nostro Signore hà sospese le deliberationi, che si dovevano accelerare secondo l'esigenza de negotij di coteste parti...

Il Vescovo di Plozka non mostra di sentir volentieri ne guerra ne lega. In che forse vi mira più le sue private commodità, che li publici interessi della Republica Cristiana, ò della Polonia...

Roma li 23 Dicembre 1595.

139.

Roma, 23. XII. 1595.

Professio fidei catholicae Episcoporum ruthenorum.

BIBL. VAT., *Capponiani,* vol. 29, fol. 304.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.,* vol. II, pag. 96, nr. 543.

Di Roma, li 23 di Decembre 1595.

(f. 304)...

È stata intimata per hoggi inanzi al Papa una congregatione generale di tutti li Cardinali per dare audienza alli doi Vescovi Rutheni della Russia,[180] che dovevano fare la professione della fede alla presenza di essi Ill.mi.

. . .

[180] Consistorium publicum ad recipiendam professionem fidei catholicae Episcoporum Ruthenorum Hypatii Potij et Cyrilli Terleckyj. Dies erat Sabbathi, et Pontifex e lecto surrexit, quia inde a die 13 decembris ob morbum podagrae in lecto decumbebat.

140.

Roma, 23. XII. 1595.

Professio fidei Episcoporum Legatorum coram Pontifice totoque consessu Cardinalium.

BIBL. VAT. *Urb. lat.*, vol. 1063, fol. 975.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 97, nr. 544.

Di Roma, li 23 Xbre 1595.

(f. 975)...

Hoggi si è fatta una congregatione generale innanzi al Pontefice, con intervento di quasi tutti li Cardinali, per le cose di quei Vescovi Ruteni, havendo questi fatta la professione della fede conforme al solito, disegando Sua Santità di mandarli alle loro case contentissimi.

. . .

141.

Roma, 23. XII. 1595.

Minutius Minuzi, Secr. Clementis VIII ad Nuntium Germaniae mentionem facit de caerimonia professionis fidei Episcoporum Ruthenorum.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. I, vol. 771, fol. 607.

Sono poi giunte le lettere di V.S. in tempo che tutti ci siamo trovati occupati nelle cerimonie fatte per l'Unione de i Vescovi Ruteni, della quali sicome la Chiesa di Dio remane amplificata così Nostro Signore ha sentito infinito contento. Lascierò che altri ne scriva a V.S. l'istoria per venirne ad una resposta delle tre lettere sue de 4 et 5 del corrente...

(fol. 610v) Di Roma, a 23 di Decembre 1595.

142.

Romae, 23. XII. 1595.

Instrumentum publicum unionis Ecclesiae Ruthenea cum Ecclesia Romana, in Curia Romanae publice initae.

ASV, A.A., Arm. I-XVIII, nr. 1735, fol. 1-5v.
THEINER, VMPL III, pag. 245-249.
MUH, vol. I, pag. 136-143, nr. 201.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen.[181]

---

[181] Copia similis textus invenitur etiam in Tabulario S. Officii, pro competentia ibi asservata. Descriptio est valde minuta et exacta et proinde non habet necessitudinem plurimarum adnotationum, nisi quasdam notas.

Per hoc praesens publicum obedientiae et sanctae fidei catholicae professionis Dominorum episcoporum Ruthenorum, et eorum receptionis ad illam et unionem sanctae Romanae Ecclesiae instrumentum cunctis pateat evidenter, et sit notum et manifestum, quod anno a Nativitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, indictione octava, sabbatho quatuor temporum, die vigesima tertia mensis decembris circiter horam vigesimam primam, pontificatus vero sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Clementis divina providentia Papae Octavi anno quarto, Romae in palatio apostolico apud sanctum Petrum, et proprie in aula Constantini appellata, cum convocata esset generalis Congregatio totius sacri Collegii Ill.morum et Rev.morum Dominorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium iussu praelibati SS.mi D.ni nostri Clementis Papae Octavi et idem SS.mus D.nus noster Clemens Papa indutus falda et stola supra almutiam in sede pontificia seu gestatoria sub baldachino pro throno suae apostolicae maiestatis sederet, ac sibi assisterent et secum considerent triginta tres Ill.mi et R.mi D.ni S.R.E. Cardinales episcopi, presbyteri et diaconi infrascripti, videlicet ex episcopis: D.nus Alfonsus episcopus Ostiensis et Veliternus sacri Collegii decanus, Gesualdus; D.nus Ptolemaeus episcopus Tusculanus, de Como; D.nus Gabriel episcopus Sabinensis, Palaeotus; D.nus Michael Bonellus, episcopus Albanus, Alexandrinus. Ex presbyteris vero: D.nus Iulius Antonius tit. S. Mariae Trans Tyberim, Sanctae Severinae, SS.mi D.ni nostri Papae maior poenitentiarius, unus ex generalibus inquisitoribus et super rebus Ruthenorum et praesenti negotio deputatis; D.nus Hieronymus tit. S. Susannae, Rusticus, Vicarius Urbis; D.nus Petrus tit. Hieronymi Illyricorum, Deza, alter ex dictis generalibus inquisitoribus et super rebus Ruthenorum deputatis; D.nus Alexander tit. S. Petri ad vincula, de Florentia; D.nus Franciscus tit. SS.mae Trinitatis (*fol. 1v*) in monte Pincio, de Gioiosa; D.nus Antonius Maria tit. S. Mariae de Pace, Salviatus; D.nus Augustinus tit. S. Marci, de Verona; D.nus Simeon tit. S. Anastasiae, de Terra nova; D.nus Scipio tituli S. Salvatoris in Lauro, Lancellottus; D.nus Dominicus tit. S. Chrysogoni, Pinellus, ex generalibus inquisitoribus et deputatis praedictis; D.nus Antonius tit. S. Stephani in Monte Coelio, Sualius; D.nus Evangelista tit. S. Mathei in Merulana, de Consentia; D.nus Marianus tit. SS. Marcellini et Petri, de Camerino; D.nus Gregorius tit. S. Augustini, de Montelparo; D.nus Paulus Camillus tit. S. Ceciliae, Sfondratus, alius ex generalibus inquisitoribus et huiusmodi deputatis; D.nus Benedictus tit. S. Marcelli, Iustinianus; D.nus Augustinus tit. SS. Ioannis et Pauli, Cusanus; D.nus Octavius tit. S. Alexii, Paravicinus; D.nus Philippus tit. S. Onuphrii, Sega; D.nus Hieronymus tit. S. Pancratii, Matheius; D.nus Flaminius

tit. S. Clementis, Plattus; D.nus Franciscus tit. S. Mariae Transpontinae, Toledo, alius ex generalibus inquisitoribus et deputatis praedictis. Ex diaconis autem: D.nus Franciscus S. Mariae in Via lata, Sfortia; D.nus Ascanius S. Mariae in Cosmedin, Columna; D.nus Odoardus S. Eustachii, Farnesius; D.nus Ioannes Antonius SS. Quatur Coronaturum; D.nus Petrus S. Nicolai in carcere, Aldobrandinus: D.nus Cynthius S. Georgii ad velum aureum.

Ac ibidem praesentibus et extra consessum praedictorum Ill.morum DD. Cardinalium astantibus nonnullis R.mis Patribus et D.nis Archiepiscopis et episcopis et praelatis, videlicet: D.no Dominico episcopo Tyburtino, almae Urbis gubernatore; Domino Guglielmo archiepiscopo Ebredunensi; D.no Matheo archiepiscopo Theatino; D.no Anna episcopo Lexoviensi; D.no Francisco episcopo Tarvisino; D.no Ioanne Paulo episcopo Theanensi; D.no Leonardo episcopo Sidoniensi; D.no Paulo Aemilio episcopo Montis Alti; D.no Alberto episcopo Plocensi in Polonia, et Benedicto episcopo Casertano; D.no Bartholomaeo Caesio thesaurario generali Sanctitatis Suae; Domino comite Hercule Tassonio Magistro domus (*fol. 2*) eiusdem Sanctitatis Suae; D.no Caesare Baronio protonotario apostolico de numero participantium et confessario eiusdem Sanctitatis Suae; D.no Fabritio Verospo contradictarum auditore ac in utraque signatura referendario; D.no Dionysio Ratta utriusque signaturae referendario et consultore praedicti officii Sanctae Inquisitionis, atque D.no Angelo Stufa, et D.no Dominico Tarusio praeceptore hospitalis S. Spiritus in Sasia, et D.no Bernardino Mora similiter eiusdem signaturae referendariis; fratre Angelo Rocca sacrista cappellae apostolicae: D.no Minutio de Minutiis protonotario apostolico et uno ex secretariis Sanctitatis Suae; nec non Reverendis D.nis Didaco de Campo, comite Ioanne Baptista Saxatello, Bartholomaeo Pawsenski Polono, cubiculariis secretis Sanctitatis Suae; et comite Henrico Firleo Polono, et Andrea Opaliski etiam Polono, eiusdem Sanctitatis Suae cubiculariis honoris; insuper et nobilibus capitaneis militum custodiae Sanctitatis Suae, Ioanne Bardio, Leone Strozzio et Petro Aldobrandino, atque compluribus tam cubiculariis, officialibus et familiaribus Sanctitatis Suae, quam etiam familiaribus et aulicis praedictorum Illmorum et R.morum D.norum Cardinalium, et permultis alumnis Collegii Graecorum de Urbe et aliis quamplurimis personis, omnibus detecto capite de more stantibus, adhibitis et inservientibus etiam clericis seu magistris caerimoniarum et interpretibus infra nominandis.

Comparuerunt ibidem coram Sanctitate Sua Reverendi Patres D.nus Hypatius Pociei protothronius episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, et D.nus Cyrillus Terleczki exarcha metropoliae Kioviensis episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis in Russia, nationis Russorum seu Rutheno-

rum, tamquam principales et oratores seu procuratores et nuntii R.mi Patris D.ni Michaelis Rahosa archiepiscopi et metropolitae Kioviensis et Haliciensis et totius Russiae, et aliorum Reverendorum Patrum quinque coepiscoporum suorum in Russia, dictae nationis Ruthenorum, Graeco ritu viventium, videlicet: Gregorii nominati archiepiscopi electi in episcopum Polocensem et Vitebscensem, Michaelis Kopistenski episcopi Praemisliensis et Samborensis, Gedeonis (fol. 2v) Boloban episcopi Leopoliensis, Dionysii Zbiruiski episcopi Chelmensis, et Ionae Hohol electi in episcopum Pinscensem et Turoviensem, cum ipsorum familia et comitibus, et interprete Rev. D.no Luca Doctoreo, Polono, canonico Luceoriensi ac aliis personis, et a Reverendis Paulo Alaleone et Guidio, praeposito clericis seu magistris caerimoniarum, ipsi D.ni episcopi et oratores cum interprete ducti et associati, factis tribus genuflexionibus seu reverentiis, accesserunt ad pedes Sanctitatis Suae, quibus humiliter deosculatis, paucis verbis causam eorum legationis et missionis exponentes, loquente D.no Hypatio, qui Latinam linguam callet, praesentaverunt et exhibuerunt Sanctitati Suae litteras, seu decretum et scripturam deliberationis praedictorum D.norum Michaelis archiepiscopi et coepiscoporum Ruthenorum et ipsorum, de postulanda et suscipienda Unione S. Romanae Ecclesiae, et litteras eorundem ad eandem Sanctitatem Suam super huiusmodi Unione cum S. Romana Ecclesia obtinenda, et debita obedientia ei et Sanctitati Suae praestanda utrasque lingua Ruthenica scriptas et ab eis subscriptas et intus sigillatas, quarum etiam versiones in latinam linguam factae et paratae fuerant.[182] Quo facto surrexerunt, ac deducentibus eos praedictis magistris caerimoniarum retrocesserunt extra consessum D.norum Cardinalium, et facta genuflexione steterunt in ingressu consessus et conspectu Sanctitatis Suae, interprete, comitibus et familiaribus praedictis a tergo ipsorum genuflexis; et Sanctitas Sua consignavit dictas litteras Ruthenice scriptas R.do D.no Eustachio Volovitio,[183] Lithuano, canonico Vilnensi, Ruthenici idiomatis perito, familiari supradicti comitis Henrici Firlei ibidem praesentis, qui humiliter genuflexus accepit et illas deosculatus est, et facto sibi nutu surrexit, et stans a sinistra parte sedis pontificiae clara et intelligibili voce legit dictam scripturam, seu decretum deliberationis DD. Michaelis archiepiscopi, ipsorummet oratorum et aliorum coepisco-

---

[182] Cfr. supra, documentum de dat. 12 iunii 1595 (nr. 45), in versione latina; textum vero ruthenum vide in *Tabula* praesentis voluminis. Ut videtur, oblatae erant etiam litterae de dat. 2 decembris 1594, exprimentes primam declarationem eorum voluntatis sese uniendi Ecclesiae Romanae (cfr. in *Tabulis* et textum sub nr. 17.

[183] Dominus Eustachius Wołłowicz, lithuanus; erat deinde episcopus Vilnensis in Lithuania, unde proveniebat (1615-1630). Obiit in sede hac die 9 ianuarii 1630.

porum suorum Ruthenorum, originalem lingua et caracteribus Ruthenicis scriptam et exaratam, intus subscriptam et sigillatam ut supra ad verbum prout in ea, quae posita est inferius post praesens instrumentum,[184] et ea lecta genuflexit et surrexit.

Tunc autem R.dus D.nus Silvius Antonianus magister (fol. 3) camerae et secretarius Sanctitatis Suae, post genuflexionem seu reverentiam factam Sanctitati Suae, stans a parte dextra dictae sedis Pontificis, clarissima voce legit eandem ipsam scripturam in Latinam linguam fideliter et ad verbum etiam translatam, prout in ea, quae etiam habetur infra ibidem.[185]

Deinde vero idem D.nus Eustachius Volovitius, post solitam reverentiam seu genuflexionem, stans ibidem simili modo legit praedictas litteras originales D.norum Michaelis archiepiscopi, et coepiscoporum suorum Ruthenorum et ipsorummet oratorum ad Sanctitatem Suam iisdem lingua et characteribus Ruthenicis conscriptas, atque ab eis intus sybscriptas et sigillatas, ut praefertur, super huiusmodi unione suscipienda et impetranda pro se ipsis ac clero et populo Ruthenorum seu Russorum, ac pro debita obedientia sanctae Sedi Apostolicae et Sanctitati Suae per ipsos praenominatos D.nos Hypatium et Cyrillum Episcopos, eorum oratores seu procuratores, praestanda ad verbum, prout in eis, quae similiter habentur inferius post praesens instrumentum,[186] ac genuflexit et surrexit. Ac successive praedictus D.nus Sylvius, secretarius, facta reverentia Sanctitati Suae, stans ibidem, eodem modo legit praedictas litteras fideliter latine versas et interpretatas, ut pariter in eis continetur, quae habentur infra ibidem,[187] atque ipsis D.nis episcopis et oratoribus, dum legerentur, in signum praestationis obedientiae huiusmodi se inclinantibus et genuflectentibus.

Quibus quidem scriptura et litteris utraque lingua lectis ut supra, idem D.nus Sylvius secretarius accessit ad sinistram Sanctissimi Domini, et genuflexus accepit mandatum de responsione nomine Sanctitatis Suae facienda praedictis D.nis Hypatio et Cyrillo episcopis oratoribus, ac surgens et conversus ad eos his verbis ita respondit.

Venerabiles Episcopi,

Ad petram fidei, supra quam Christus Dominus Ecclesiam suam aedificavit, ad montem sanctum, in quo habitare beneplacitum est Deo,

[184] Cfr. documentum supra relatum sub nr. 17, et in nostris *Tabulis*, ex quibus eius forma patet.

[185] Cfr. textum sub nr. 17.

[186] Cfr. documentum sub nr. 45, et in *Tabulis* (in lingua ruthena).

[187] Cfr. nr. 45 (textus latinus).

ad matrem et magistram omnium Ecclesiarum sanctam Romanam Ecclesiam reditis Rutheni episcopi post annos centum et quinquaginta, magno quidem et singulari Dei beneficio erga vos et gentem vestram: tanto vero cum gaudio Sanctissimi D.ni nostri quantum nulla orationis copia, nulla dicendi vis exprimere satis (fol. 3v) potest. Exultat spiritus Sanctitatis Suae in Deo et sapientiam illam agnoscit, quae attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Et vos quoque iure optimo divitias bonitatis Dei agnoscitis et praedicatis, qui corda vestra divino suo lumine collustravit, ut intelligeretis non esse in corpore membra illa, quae capiti non cohaerent, divulsum a vite palmitem fructum nullum afferre posse, rivos arescere, qui fonti non sunt coniuncti; denique Deum patrem non habere, qui Ecclesiam matrem non habet, quae una est catholica et apostolica sub uno visibili capite Romano Pontifice, qui est pater patrum et pastor pastorum, cui in Beato Petro Apostolorum principe et agni et oves Christi sunt creditae, et cui a Domino mandatum est, ut fratres suos episcopos confirmet. Recte igitur et prudenter et pie venerabilis metropolita vester, et vos et collegae vestri fecistis, qui unitatem Ecclesiae Catholicae, extra quam non est salus, tanto studio appetistis, et ex tam longinquis regionibus huc ad sacra apostolorum limina venistis, ut beati Petri legitimo successori, vero in terris Christi Vicario debitam obedientiam praestaretis, et veteribus in fide erroribus reiectis, incorruptae fidei integritatem ab eo reciperetis. Ergo quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, agite, venerabiles episcopi, implete gaudium Sanctitatis Suae et huius sacri atque amplissimi Collegii, et fidei catholicae professionem iam facite. Paratus est Sanctissimus D.nus noster paterna benignitate vos et metropolitam vestrum, et coepiscopos vestros et nationem vestram Ruthenam aperto charitatis sinu ad communionem admittere, et obedientiam vestram una cum his venerabilibus fratribus suis S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus recipere: speratque Sanctitas Sua in eo, qui potens est, et qui facit mirabilia magna solus a saeculo, quod exemplum fidei vestrae alios etiam ad salutarem aemulationem provocabit, ut et ipsi depulsis tenebris lumen quaerunt, sectentur unitatem et pacem, et fiat unum ovile et unus pastor.

Tunc dicti D.ni Hypatius et Cyrillus episcopi, oratores et procuratores, ducti a praedictis magistris caeremoniarum, factis reverentiis consuetis, iterum accesserunt versus praelibatum Sanctissimum D.num Papam et genuflexi (fol. 4) ante conspectum eius, Dominis Luca Doctoreo interprete et Eustachio Volovitio praedictis ipsis a tergo assistentibus, ac posito libro sanctorum Evangeliorum in pulvinari coram eis, habentesque in manibus professionem fidei catholicae Ruthenice et Latine scriptam, et a se ipsis subscriptam iuxta formam Graecis ad unitatem sanctae

Romanae Ecclesiae venientibus praescriptam, singulariter singuli praedictam fidei catholicae professionem, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum praelatorum Ruthenorum, scilicet Michaelis Rahosa archiepiscopi metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii denominati archiepiscopi electi in episcoporum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopistenski episcopi Praemisliensis et Samborensis, Gedeonis Boloban episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruiski episcopi Chelmensis eorum principalium (pro quibus de rato polliciti sunt et promiserunt, quod ipsi D.ni archiepiscopus et episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subscriptam et sigillo obsignatam ad preddictum S.mum Dominum nostrum Papam, et ad sanctam Apostolicam Sedem transmittent),[188] quam etiam proprio eorum nomine expresse et clara et intelligibili voce fecerunt et emiserunt in hunc qui sequitur modum, videlicet:

Primum D.nus Hypatius episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, cum Latinam linguam calleret, latine scriptam et a se subscriptam alta voce suo, et principalium suorum nomine fidei catholicae professionem fecit et emisit, atque ore proprio pronuntiavit, ac ita spopondit, vovit et ad sancta Dei evangelia ibi proposita, illis tactis corporaliter ambabus manibus iuravit prout in ea. Ac continuo eandem Ruthenica lingua et characteribus Servianis seu Ruthenis, qui consimiles sunt, scriptam et subscriptam, pro ipso D.no Hypatio legit et pronuntiavit praedictus Eustachius Volovitius canonicus Vilnensis, et ipse D.nus Hypatius ad eadem sancta Dei evangelia iuravit ut supra.[189]

(fol. 4v) Secundo vero D.nus Cyrillus episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis suo, et principalium suorum nomine catholicae fidei professionem Ruthenica lingua et characteribus scriptam et subscriptam fecit, emisit et pronunciavit, et ita pariter spopondit, vovit et similiter ad eadem sancta Dei evangelia corporaliter ambabus manibus tacta iuravit, prout etiam in ea.[190]

Deinde Lucas Doctoreus canonicus Luceoriensis ac interpres supra-

---

[188] Revera ratificatio Unionis Berestensis transmissa fuit per manus Cardinalis Gaetano, tunc Legato ad Regem Poloniae. Cfr. de hoc documento infra, sub finem anni 1596 (mense octobri), et ipsum documentum eiusque formam in *Tabulis*.

[189] Cfr. infra, sub nr. 143, et in *Tabulis* (lingua ruthena).

[190] Cfr. in *Tabulis*, quoad linguam ruthenam; sub nr. 144, textus in versione latina.

dictus nomine eiusdem D.ni Cyrilli Episcopi eandem catholicae fidei professionem latine factam seu scriptam, et ab eodem Cyrillo Ruthenice sua manu subscriptam clare legit et pronuntiavit, et ipse D.nus Cyrillus eodem modo ut supra iuravit, et alias prout in eisdem fidei catholicae originalibus professionibus utraque lingua per ipsos D.nos Hypatium et Cyrillum episcopos factis, vel eorum nomine lectis et pronuntiatis respective iuxta formam supradictam (quarum schedulae similiter inferius reponuntur et habentur post praesens hoc ipsum instrumentum) plenius continetur.[191]

Tum sublato pulvinari cum libro Evangeliorum, ministrantibus dictis magistris caerimoniarum, ipsi D.ni Hypatius et Cyrillus episcopi et oratores cum praenominato Luca eorum interprete accesserunt propius ad pedes Sanctitatis Suae, quos devote et non sine lachrymis deosculati sunt, et Sanctitas Sua pro sua pietate illos paucis verbis et submissa voce allocutus est, atque ad complexum et osculum admisit, ac benigne et alacriter cum omni charitate suscepit, et dixit et declaravit, se dictos Hypatium et Cyrillum episcopos oratores, et praenominatos Michaelem archiepiscopum metropolitam et omnes alios episcopos Ruthenos absentes cum eorum cleris et populis nationis Ruthenae, in Russia et dominio Ser.mi Sigismundi Regis Poloniae et Sueciae existentibus, intra gremium Ecclesiae catholicae et unitatem sanctae Romanae Ecclesiae recipere, unire, annectere et incorporare; committens Ill.mo et R.mo Domino Iulio Antonio tituli Sanctae Mariae Transtyberim presbytero cardinali Sanctae Severinae,[192] maiori poenitentiario ac inquisitori praefato, ibi praesenti et considenti ut supra, ut ipsos D.nos episcopos et oratores, eorumque (fol. 5) comites domesticos et familiares, aliosque Ruthenos Romae praesentes in utroque foro in forma Ecclesiae consueta absolveret a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, in quas propter schisma, haereses vel errores quoscumque incurrerint, et cum eis super irregularitate praemissorum occasione per ipsos fortasse contracta opportune dispensaret. Ac insuper dedit et concessit facultatem et potestatem dictis Hypatio et Cyrillo episcopis et oratoribus, ut ipsi deinde Michaelem archiepiscopum et alios episcopos Ruthenos supradictos in partibus absolvant, et similiter

---

[191] Cfr. documenta sub nnr. 143 et 144, et *Tabulas* praesentis voluminis, ubi eorum scriptio et subscriptio prostat.

[192] Julius Antonius Santori, dictus S. Severinae; hic variis temporibus praesidebat congregationi s.d. de Graecis, cui anno 1595 commissa fuit etiam causa Unionis Ruthenorum, vel saltem in pertractationibus de hac unione cardinalis Santoro plurimas habuit partes. Cfr. documenta, mense decembri 1595.

dispensent.[193] Postmodum vero tam ipsi, quam iidem archiepiscopus et episcopi sic absoluti, et cum quibus fuerit dispensatum, unusquisque in propria dioecesi, omnes Ruthenos tam presbyteros et clericos, quam alias quascumque personas utriusque sexus, qui ad hiusmodi unitatem sanctae Romanae Ecclesiae venerint et eam amplexi fuerint, similiter in praedicta forma absolvere, et cum presbyteris et clericis super irregularitate per eos praemissorum occasione contracta pariter dispensare possint et valeant.

His ita peractis et absolutis, magnificus D.nus Ioannes Iacobus Nerottus utriusque iuris doctor, Sanctissimi Domini nostri Papae fisci et Camerae Apostolicae procurator generalis ibidem praesens, de more rogavit omnes et singulos protonotarios, secretarios apostolicos et alios notarios publicos quoscumque ibidem praesentes, et eorum quemlibet in solidum, ut de postulatione admissionis ad unitatem Sanctae Romanae Ecclesiae, et illius admissione, atque de debita obedientia et subiectione praestita et exhibita SS.mo Domino Nostro Papae et Sanctae Sedi Apostolicae, et fidei catholicae professione facta per dictos Reverendos patres D.nos Hypatium et Cyrillum episcopos et oratores D.norum archiepiscopi et praelatorum nationis Ruthenae eorum principalium, tam illorum quam suis propriis nominibus ad perpetuam rei memoriam conficerent, seu confici facerent unum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta. Ac tunc etiam R.dus D.nus Marcellus Philonardus utriusque iuris doctor, procurator officii sanctae Romanae et universalis inquisitionis, similiter super praemissis (fol. 5v) rogavit eosdem omnes praedictos et eorum quemlibet in solidum. Et in specie de his omnibus simul mecum rogatus fuit discretus vir Flaminius Adrianus clericus Firmanae diœcesis eiusdem officii sanctae Romanae Inquisitionis notarius, una cum testibus infrascriptis. [194]

Deinde rogantibus praedictis D.nis episcopis et oratoribus, et Sanctitate Sua annuente, introducti sunt ad oscula pedum Sanctitatis Suae omnes ipsorum comites, domestici et familiares, clerici et laici, quibus Sanctitas Sua se benignam et clementem praebebat et ostendebat. Postremo tandem SS.mus Dominus facto signo crucis benedixit omnibus, et

---

[193] Absolutio haec facta fuit non in ipsis sessionibus Synodi Berestensis, sed paucis diebus antea, in quodam praedio Episcopi Bernardi Maciejowski, Luceoriensis.

[194] Revera in Tabulario S. Officii habetur hic exemplar Notarii eiusdem Congregationis, unicum fere documentum de his eventibus, quod conservatur in hoc Tabulario; cetera documenta conservabantur in Archivo Arcis (nunc Archivum Secretum Vaticanum), Armarium I-XVIII.

ipse recessit a congregatione in cubiculum suum, et Ill.mi D.ni Cardinales abierunt in domos suas.

Acta sunt haec Romae, in palatio Apostolico apud S. Petrum, uti supra, anno, indictione, die mense et pontificatu supradictis, praesentibus ibidem infrascriptis officialibus et consultoribus officii praedictae sanctae Romanae et universalis Inquisitionis, videlicet: R.do Patre Magistro Alberto de Florentiola, Ordinis Fratrum Praedicatorum, commissario generali; R.do D.no Cosmo Angelio de Barga, iuris utriusque doctore, accessore; R.do P. Fratre Bartholomaeo Miranda eiusdem Ordinis Fratrum Praedicatorum sacri palatii magistro, consultore; R.do P. Magistro Paulo de Mirandula, vicario et procuratore generali eiusdem Ordinis, etiam consultore; et R.do D.no Iulio Monterentio Bononiensi, iuris utriusque doctore, similiter consultore, testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis, ac ibidem praesentibus quam plurimis aliis personis in numero copioso.

Et quia ego Anselmus Dandinus, presbiter Cesenatensis, protonotarius apostolicus de numero participantium, his omnibus interfui, praesens fui et rogatus fui, ideo huic praesenti instrumento, aliena manu fideliter scripto, manum et sigillum meum apposui.

(*L* + *S.*)

143.

Roma, 23. XII. 1595.

Professio fidei catholicae Hypatii Potij, coram Pontifice Clemente PP. VIII facta.

ASV, A.A. Arm. VII, caps. 1, nr. 3; lia numeratio: Arm. I-XVIII, nr. 1733, fol. 1-8; orig. lat. et ruthenicum.
BARONIUS C., *Annales Ecclesiastici*, vol. VII (appendix), pag. 684-686.
THEINER A., *Die neuesten Zustande*, pag. 12-17.
PELESZ J., *Geschichte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom*, Bd. I, Wien 1879, pag. 606-611.
MUH, vol. I, pag. 144-147, nr. 202.

Professio fidei catholicae facta per Rever(endissimum) Patrem Dominum Hypatium Episcopum Wlodimiriensem et Brestensem latina lingua, die 23 mensis decembris 1595.[195]

Sanctissime ac Beatissime Pater.

(*Manu propria*) Ego humilis Hipatius Pociei, Dei gratia Protothro-

---

[195] Textum ruthenum videas in *Tabulis*. Est solita tunc temporis formula professionis fidei pro Orientalibus. Nulla expressa abiuratio errorum facta fuit.

nius Wlodomiriensis et Brestensis Episcopus in Russia, nationis Russorum seu Ruthenorum (*caetera manu secretarii*), unus ex procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Praemisliensis et Samborensis, et Gedeonis Boloban Episcopi Leopoliensis, et Dionysij Zbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Patre Domino Cyrillo Terleczky, Exarcha, Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi eiusdem Nationis, altero ex procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et Collega meo, ad ineundam et suscipiendam Unionem Sanctitatis Vestrae et sanctae Romanae Ecclesiae, atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic sanctae Sedi Beati Petri, et Sanctitati Vestrae uti Summo Pastori universalis Ecclesiae, ad pedes eiusdem Sanctitatis Vestrae positus, ac infrascriptam sanctae orthodoxae fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae sanctae Romanae Ecclesiae redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum, meorum principalium, quam etiam meo proprio, simul cum praedicto Domino Cyrillo Exarcha Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi, procuratore et Collega meo, pollicear et promitto, quod ipsi Domini Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subscriptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram et hanc sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur:

Firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris, Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos:

cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum, et exspecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi. Amen.

Credo etiam, suscipio atque profiteor ea omnia, quae sacra oecumenica Synodus Florentina super unione Occidentalis et Orientalis Ecclesiae diffinivit et declaravit, videlicet, quod Spiritus Sanctus a Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio: et ex utroque aeternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Cum id quod sancti Doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Graecos quidem causa, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti, sicut et Patrem. Cumque omnia quae Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dederit, praeter esse Patrem; hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum « Filioque » explicationem veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationaliliter Symbolo fuisse appositam.

Item in azymo sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficedere debere, unumquemque scilicet iuxta suae Ecclesiae sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

Item si vere paenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas paenis Purgatorii post mortem purgari: et ut a paenis hiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynae, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta. Illorumque animas, qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus — prout superius dictum est — sunt purgatae, in caelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, paenis tamen disparibus puniendas.

Item sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere Primatum; et ipsum Pontificem Romanum succes-

sorem esse beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in Actis Oecumenicorum Conciliorum et in sacris Canonibus continetur.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quae ex decretis sacrae Oecumenicae Generalis Synodi Tridentinae sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia, etiam ultra contenta in supradicto fidei Symbolo, profitenda ac recipienda proposuit atque praescripsit, ut sequitur:

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.

Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae Legis a Iesu Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Paenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium; illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto.

Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propiatiatorium sacrificium pro vivis et defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et Divinatate Domini Nostri Iesu Christi; fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus, et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesiae Transsubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissime assero, imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem et Magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro.

Caetera item omnia a sacris canonibus et oecumenicis Conciliis ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita et declarata indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, et schismata atque haereses quascumque ab Ecclesiae damnatas et reiectas et anathematizatas ego pariter damno, rejicio et anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum.

(*Manu propria*) Ego idem Hipatius Pociei Protothronius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, Procurator supradictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum, procuratorio eorum nomine et meo proprio ut supra, spondeo, voveo ac iuro; sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia.[196]

144.

Roma, 23. XII. 1595.

Professio fidei catholicae a Cyrillo Terleckyj facta coram Summo Pontifice.

ASV, A.A. Arm. I-XVIII, nr. 1734, fol. 10-12 (lingua latina); fol. 6-9 (lingua ruthena).

(Fol. 9) Professio fidei catholicae facta per Rever(endum) Patrem Dominum Cyrillum Episcopum Luceoriensem et Ostrosiensem lingua latina die 23 mensis decembris 1595.

(Fol. 10) Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis Cyrillus Terleczky, Dei gratia Exarcha Episcopus Lu-

---

[196] Cfr. subscriptionem originalem in *Tabulis*.

ceoriensis et Ostrosiensis in Russia, Nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Praemisliensis et Samborensis, et Gedeonis Boloban Episcopi Loepoliensis, et Dionysij Zbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Domino Hypatio Pociei Protothronio Wlodimiriensi et Brestensi Episcopo, eiusdem Nationis, altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et Collega meo, ad ineundam et suscipiendam Unionem Sanctitatis Vestrae et sanctae Romanae Ecclesiae, atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic sanctae Sedi beati Petri, et Sanctitati Vestrae uti Summo Pastori universalis Ecclesiae, ad pedes eiusdem Sanctitatis Vestrae positus, ac infrascriptam sanctae orthodoxae fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae sanctae Romanae Ecclesiae redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum, meorum principalium, quam etiam meo proprio, simul cum praedicto Domino Hypatio Protothronio Wlodimiriensi et Brestensi Episcopo, Procuratore et Collega meo, polliceor et promitto, quod ipsi Domini Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subscriptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram et hanc sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur:

Firma fide credo (*et alia ut in professione fidei Hypatii Pociey usque ad finem*) quantum in me erit, curaturum.[197] (*Deinde manu secretarii*).

Ego idem Cyrillus Terleczky, Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis, Procurator supradictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum, procuratorio eorum nomine et meo proprio ut supra, spondeo, voveo ac iuro; sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia.

(*Manu propria, ruthenica lingua*)

---

[197] Subscriptionem Cyrilli Terleckyj videas in *Tabulis*.

145.

Romae, 23. XII. 1595.

Constitutio Clementis VIII de unione Metropoliae Kioviensis eiusque ecclesiasticae provinciae cum S. Romana Ecclesia.

ASV, *Archivio dei Brevi Adostolici*, vol. 372, fol. 57-70.
THEINER, *od. cit.*, vol. III, pag. 240-45, nr. 185 E; HARASIEWICZ, *op. cit.*, pag. 202-214; PELESZ J., *op. cit.*, vol. I, pag. 611-622; WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 236-243, nr. 132.

Constitutio super Unione Nationis Ruthenae cum Ecclesia Romana CLEMENS Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. MAGNUS DOMINUS et laudabilis nimis in civitate Dei nostri in monte sancto eius. Civitas Dei supra montem posita, quae abscondi non potest, in qua gloriosa et admiranda operatur Deus, et ipse fundavit eam Altissimus, Sancta est Ecclesia, una Catholica et Apostolica, aedificata a Christo Domino supra Beatissimum Apostolorum Principem Petrum, qui est fundamentum Ecclesiae, quod positum est a summo architecto Christo Iesu, qui cum sit primarium fundamentum, et Lapis electus et angularis, qui portat et sustentat omnia verbo virtutis suae, idem ipse, qui vocat ea, quae non sunt, tanquam ea quae sunt, et qui dixit, et facta sunt, Simonem Ionae filium hominem mortalem, et natura sua imbecillem singularis gratiae privilegio Cepham vocavit, hoc est Petrum, eique tantam firmitatem et soliditatem dedit, ut esset petra immobilis, supra quam aedificavit Sanctam Civitatem suam, quae est Ecclesia Dei viventis, eamdemque per legitimam Summorum Romanorum Pontificum successionem, in quibus Beati Petri auctoritas nunquam deficit, aedificavit autem usque in finem saeculorum. Itaque per omnes aetates et tempora ad hanc petram Fidei, Spiritu Sancto auctore, confluunt gentes, et in hanc Deo dilectam Civitatem per salutaris baptismi ianuam introducuntur nationes et populi multi. Saepe etiam, qui fallaciis hominum et Diaboli insidiis seducti per devia aberrantes, et perniciosa schismata sectati inseruerunt se doloribus multis, et ab hac Sancta Civitate discesserunt, iidem divinae misericordiae abundantia per resipiscentiam, conversionem et poenitentiam tanquam ex fluctibus emergunt, et erroribus ac schismatibus damnatis et repudiatis, iterum in hanc Sanctam Civitatem a Summo Romano Pontifice, qui illius claves habet, reducuntur, et ad pristinam unitatem magno Ecclesiae Catholicae gaudio revocantur. Et ne veterem antiquitatis memoriam repetamus, novissime his diebus nostris illustre reconciliationis et reversionis ad Catholicam Ecclesiam exemplum extitit ruthenorum Episcoporum; qua in re abundantes divitias bonitatis Dei erga humilitatem nostram agnoscimus, qui cum ita disposuerit, ut Pontificatus

noster in tam multas Christianae Reipublicae calamitates et tantam temporum acerbitatem incideret, saepe etiam secundum multitudinem dolorum in corde nostro consolationibus suis laetificat animam nostram. Antea siquidem rutheni Episcopi, atque ea omnis copiosa et clara Natio cum Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre et Magistra non communicabat, sed proprii sermonis atque idiomatis usu, retento Graeco Ritu, vivebat et luctuosum Graecorum schisma sequebatur; ex quo sane schismate, quod intimo cum dolore commemoramus, innumerabiles aerumnae et miseriae ad nobilissimam Graecorum gentem tanquam a fonte quodam promanarunt.

Nuper vero[198] Venerabilis frater Michael, Archiepiscopus et Metropolita Kioviensis Haliciensisque ac totius Russiae, et cum eo plerique eius Comprovinciales Episcopi, videlicet Venerabilis frater Hypatius Prothronius Episcopus Wlodimieriensis et Brestensis, Cyrillus Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis, Gregorius nominatus Archiepiscopus electus in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, Leontius Episcopus Pinscensis et Turoviensis, qui paulo post ex hac vita decessit, et Dionysius Episcopus Chelmensis et Belsensis, et deinde Ionas Archimandrita Kobrinensis electus in Episcopum Pinscensem et Turoviensem in locum demortui Leontii praedicti, hi omnes,[199] divina Spiritus Sancti luce eorum corda collustrante, coeperunt ipsi secum cogitare, et inter se multa consultatione et prudentia adhibita conferre et serio tractare, se et greges, quos pascerent, non esse membra corporis Christi, quod est Ecclesia, qui visibili ipsius Ecclesiae capiti Summo Romano Pontifici non cohaererent, et propterea spiritualis vitae influxus se non posse capere, neque crescere in charitate, cum ab eo essent disiuncti, ex quo iuncturam subministrationis in mensuram operationis uniuscuiusque membri, quin etiam se omnibus animae periculis et insidiis Principis tenebrarum tanquam leonis rugientis propositos esse, qui intra Ovile Christi, intra Arcam salutis et intra Domum illam non essent, quae est aedificata supra petram, quam flumina et venti irruentes nequeunt prosternere, in qua sola domo Agnus ille ad vitae fructum comeditur, qui tollit peccata mundi. Quamobrem pro consilio et salutari deliberatione inter se statuerunt, ac firmiter decreverunt redire ad suam et omnium fidelium Matrem Romanam Ecclesiam, reverti ad Romanum Pontificem Christi in terris Vicarium, et totius populi christiani commu-

---

[198] Saltem ab anno 1590 quidam episcopi, ac mense decembri 1594 — omnes, et in Synodo Berestensi, in iunio, item adhuc omnes episcopi tunc viventes, prout patet ex eorum subscriptionibus et sigillis impressis (cfr. *Tabulas*).

[199] Cfr. documentum seu de liberationem diei 2 decembris 1594, de qua mentionem facit Pontifex (cfr. *Tabulas*).

nem Patrem et Pastorem, longo quidem temporis intervallo post annos fere centum quinquaginta et amplius, postea quam primum a piae mem. Eugenio Papa IV in Generali Concilio Florentino Graeci recepti et reconciliati Ecclesiae fuerant. Hanc autem deliberationem et decretum scripto tradiderunt et mandarunt, cui Michael Archiepiscopus et omnes supradicti Episcopi subscripserunt, datumque est die secunda mensis Decembris anno 1594, in quo se ipsos ad Romanae Ecclesiae communionem et unitatem procurandam communi veluti vinculo obstrinxerunt.

Quod igitur idem Michael Archiepiscopus et Coepiscopi eius supradicti salutariter statuerant, sedulo exequentes duos ex eorum numero delegerunt primarios Episcopos, Venerabiles fratres Hypatium Protothronium Episcopum Wlodimiriensem et Brestensem, et Cyrillum Exarcham Episcopum Luceoriensem et Ostrosiensem, praestantes viros et zelo Dei praeditos, qui cum Romam advenissent, secum Decretum illud detulerunt, de quo supra diximus, Michaelis Archiepiscopi et Metropolitae, et sua et aliorum Episcoporum, qui superius enumerati sunt, manu subscriptum.[200] Et litteras praeterea ad Nos scriptas attulerunt, datas ex Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae die 12 Iunii anno Domini 1595, iuxta Kalendarium vetus, quibus infrascripti Episcopi subscripserant, Michael Archiepiscopus Metropolita Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, Hypatius Protothronius Episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, Cyrillus Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis, Gregorius nominatus Archiepiscopus electus in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, Leontius Episcopus Pinscensis et Turoviensis postea defunctus, Michael Episcopus Premisliensis et Samborensis, Gedeon Episcopus Leopoliensis,[201] Dionysius Episcopus Chelmensis, et novissime Ionas Archimandrita Kobrinensis, electus postmodum in Episcopum Pinscensem et Turoviensem loco praedicti Leontii, Episcopi, ut praefatur, defuncti.

Cum igitur duo supradicti Episcopi et Oratores Hypatius et Cyrillus benigne a nobis in conspectum et colloquium nostrum essent admissi, easque literas ab ipsis quoque subscriptas nobis reddidissent, nostram atque Apostolicae Sedis gratiam humiliter petierunt, seque intra gremium Catholicae Romanae Ecclesiae recipi et tanquam membra iterum capiti uniri supplicarunt, salvis eorum ritibus et caeremoniis in Divinis Officiis et Sacramentorum administratione, et alias iuxta unionem celebratam in Concilio Florentino inter Occidentalem et Orientalem Graecorum Eccle-

---

[200] Cfr. *Tabulam* cum subscriptionibus.

[201] Notatu dignum: die adhuc 22 iunii 1595 et Michaël Kopystenskyj, Peremysliensis, et Gedeon Balaban, Leopoliensis, litteras subradictas subscripserunt et delegationem Legatis Romam mittendis dederunt (cfr. *Tabulam* respectivam).

siam; vicissim obtulerunt se paratos omnes haereses et schismata damnare, omnesque errores detestari, quos damnat et detestatur Sancta Catholica Romana Ecclesia, et eos praesertim, quorum causa hactenus ab eadem Romana Ecclesia separati et disiuncti fuerunt; tum etiam fidei Catholicae professionem rite facere, ac nobis denique uti vero Christi Vicario, et Sanctae Apostolicae Sedi obedientiam et subiectionem debitam praestare et perpetuo spondere. Attulerunt iidem Episcopo praeterea ad Nos literas carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Poloniae et Sueciae Regis, qui ut est egregie pius et Catholicae Religionis propagandae cupidus, salutare hoc negocium de Ruthenis ad reconciliationem et unitatem Catholicae Ecclesiae recipiendis magnopere nobis commendavit, quod et alii fratres nostri catholici Episcopi poloni facere, hoc est dilectus filius noster Georgius Cardinalis Radzivilius, Episcopus Cracoviensis, Ioannes Demetrius, Archiepiscopus Leopoliensis, et Bernardus, Episcopus Luceoriensis. [202]

Nos igitur, qui per Dei gratiam nihil magis optamus aut quaerimus, quam animas Christo lucrari, eorum petitionibus et oblationibus intellectis et consideratis, ea etiam a Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis praefectis diligenter considerari iussimus; cumque omnia accurate excussa et examinata essent, et duo Episcopi supradicti Hypatius et Cyrillus tam suo proprio, quam Michaelis Archiepiscopi seu Metropolitani et Coepiscoporum suorum nomine, quae ad haeresum, errorum et schismatis condemnationem et detestationem pertinebant, rite praestitissent; item prompti essent publice fidem catholicam ex formula praescripta profiteri, ac nobis et Sedi Apostolicae veram obedientiam exhibere, ob eas causas statuimus ad Dei gloriam ruthenos Episcopos et Nationem ad corporis Ecclesiae, et Romanae Ecclesiae communionem et unitatem admittendos et recipiendos esse. Quod ut more magis solemni et maiori cum laetitia spirituali fieret, certo constituto die, hoc est hodierno, qui est tertius et vigesimus mensis Decembris anni praesentis 1595, sacro Sabbathi quatuor temporum et vigilae Natalis Domini Nostri Iesu Christi geminato ieiunio, Venerabiles fratres nostros S. R. E. Caridnales eorumque amplissimum Collegium in nostrum Apostolicum Palatium, et in aulam, quae dicitur Constantini, huius rei causa congregavimus; quibus nobiscum de more considentibus multisque Praesulibus, Praelatis et Aulicis honoratis viris et familiaribus

---

[202] Agitur de litteris sub nr. 94 — epistola Archiep. Leopoliensis, sub nr. 98 — epistola Regis Poloniae, sub nr. 101 — littera Nuntii Varsaviensis, nr. 89 — epistola Nicolai Radziwiłł etc.

nostris praesentibus et astantibus, duos supradictos Episcopos ruthenos, Oratores, introduci mandavimus, qui ad pedes humilitatis nostrae provoluti se ad corporis Ecclesiae Catholicae et Romanae Ecclesiae unitatem et obedientiam recipi et admitti iterum suppliciter petierunt. Tum iussu nostro lecta est deliberatio et Decretum supradictum Michaelis Archiepiscopi Metropolitae et Episcoporum ruthenorum, qui ei subscripserunt, quique supra singillatim nominati sunt, de petenda, et quibusvis impedimentis remotis firmiter efficienda cum Romana Ecclesia eiusmodi reconciliatone et membrorum ad caput suum nova unione. Lectum est autem primo loco ruthenico sermone, ut conscriptum est, deinde lecta est versio latina ad verbum. Tum lectae sunt etiam literae de eadem re ad Nos a praedictis Michaele Archiepiscopo Mdtropolitano et Episcopis ruthenis scriptae, de quibus supra diximus, et eodem plane modo, primum ruthenico sermone, deinde ex latina versione ad verbum sunt lectae; mox ab uno ex Secretariis nostris domesticis clara voce ipsis Episcopis et Oratoribus latine significari iussimus, quantam animus noster laetitiam caperet, et exultaret spiritus noster in Deo salutari nostro propter Ruthenorum hanc saluberrimam deliberationem, quantum ipsi deberent Deo bonorum omnium auctori, qui Spiritus Sancti afflatu hanc eis mentem dedisset, ut veteres errores agnoscerent et detestarentur, et ad Petram fidei, ad Romanam Ecclesiam, Caput, Matrem et Magistram omnium Ecclesiarum redirent.[203]

Tum illi statim Hypatius et Cyrillus tam suo proprio nomine, quam uti Oratores et Procuratores Michaelis Archiepiscopi et Coepiscoporum suorum supradictorum, fidem catholicam iuxta formam professionis fidei orthodoxae a Graecis faciendae ab hac Sancta Sede praescriptam integre, et de verbo ad verbum professi sunt, nobis et Apostolicae Sedi debitam et perpetuam obedientiam et subiectionem praestiterunt, quam Nos una cum Venerabilibus fratribus nostris S. Rom. E. Cardinalibus recepimus, atque haec omnia Archiepiscopum et Episcopos ruthenos eorum collegas, ac Clerum et populum rata et grata habituros, et eamdem fidei professionem facturos atque obedientiam praestituros, omnia denique per ipsos eorum Oratores et Procuratores acta et promissa confirmaturos et observaturos bona fide et corde sincero coram Deo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, iureiurando promiserunt. Primus autem Hypatius Episcopus fidei orthodoxae professionem fecit latina lingua, quod ipse latine nosset, iuxta formam praedictam; legit autem eam clara voce de scripto integre in eum, qui sepuitur, modum.

Sanctissime ac Beatissime Pater. Ego humilis Hypatius Pociey Dei

---

[203] Cfr. textum sive in documento sub nr. 142, sive sub nr. 151-152 (separatim).

gratia Protothronius Wlodimiriensis et Brestensis Episcopus in Russia Nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex Procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, Venerabilis Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensisis et Haliciensis ac totius Russiae, et Georgii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Premisliensis et Samboriensis, et Gedeonis Balaban Episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Patre Domino Cyrillo Terleczky Exarcha Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi eiusdem Nationis, altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et Collega meo, ad ineundam et suscipiendam unionem Sanctitatis Vestrae, et Sanctae Romanae Ecclesiae, atque ad feferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic Sanctae Sedi beati Petri, et Sanctitati vestrae uti Summo Pastori Universalis Ecclesiae, ad pedes Sanctitatis Vestare positus, ac infrascriptam Sanctae Orthodoxae Fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae S. R. E. redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam procuratorio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio simul cum praedicto Domino Cyrillo Exarcha Episcopo Luceoriensi et Ostrosiensi, Procuratore et Collega meo, polliceor et promitto quod ipsi Domini Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta preadictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu scriptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem vestram, et hanc Sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur[204] (*Omittitur professio fidei, quia reperitur impressa*).

Tum ruthenica lingua conscripta et similiter ab ipso subscripta pro eo lecta est a dilecto filio Eustachio Volovitio, Canonico Vilnensis Ecclesiae, eiusdem linguae perito. Deinde Cyrillus Episcopus eandem Orthodoxae Fidei professionem fecit ad eandem prorsus formam, prout Hypatius Episcopus fecerat, ruthenice scriptam, eo quod linguam latinam non calleret. Sed et latine scriptam ac ab ipso subscriptam eius nomine legit dilectus filius Lucas Doctorius, Canonicus Luceoriensis, huiusmodi sub tenore, videlicet: Sanctissimae ac Beatissime Pater. Ego humilis Cyrillus Terlecky Dei gratia Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrosiensis in

---

[204] Cfr. sub nr. 143.

Russia Nationis Russorum seu Ruthenorum, unus ex Procuratoribus Reverendorum in Christo Patrum Dominorum Praelatorum eiusdem Nationis, videlicet Michaelis Rahosa Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, et Gregorii Archiepiscopi denominati electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, et Ionae Hohol electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, et Michaelis Kopystensky Episcopi Premisliensis et Samboriensis, et Gedeonis Balaban Episcopi Leopoliensis, et Dionysii Zbiruisky Episcopi Chelmensis, ab eis specialiter constitutus et missus una cum Reverendo in Christo Patre Domino Hypatio Pociey Protothronio Wlodimiriensi et Brestensi Episcopo eiusdem Nationis, altero ex Procuratoribus dictorum Dominorum Praelatorum et Collega meo, ad ineundam et suscipeiendam unionem Sanctitatis Vestrae, et S. R. E. atque ad deferendam debitam obedientiam ipsorum omnium et totius ecclesiastici eorum status, et ovium eis commissarum nomine huic Sanctae Sedi beati Petri, et Sanctitati vestrae, uti Summo Pastori Universalis Ecclesiae, ad pedes eiusdem Sanctitatis vestrae positus, ac infrascriptam Sanctae Orthodoxae Fidei professionem iuxta formam Graecis ad unitatem dictae Sanctae Romanae Ecclesiae redeuntibus praescriptam facturus et emissurus, tam proprio nomine praedictorum Dominorum Archiepiscopi et Episcoporum ruthenorum meorum principalium, quam etiam meo proprio simul cum praedicto Domino Hypatio Protothronio Wlodimiriensi et Brestensi Episcopo, Procuratore et Collega meo, polliceor et promitto, quod ipsi Domini Archiepiscopus et Episcopi illam ratam et gratam habebunt, ac suscipient et acceptabunt, et intra tempus competens ratificabunt et confirmabunt, atque de novo iuxta praedictam formam de verbo ad verbum facient et emittent, et eorum manu subscriptam et sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram, et hanc Sanctam Apostolicam Sedem transmittent, prout sequitur. Firma fide etc.[205] (*prout supra, quamvis non sit apposita, cum sit impressa*).

Quare Nos commisimus et mandavimus dilecto filio nostro Iulio Antonio Presbytero Cardinali Sanctae Mariae Transtiberim Sanctae Severinae, Maiori Poenitentario nostro, ut eosdem Hypatium e Cyrillum Episcopos et Oratores, ac eorum comites, familiares et domesticos tam Presbyteros et Clericos quam etiam Laicos, et alias quascumque personas dictae Nationis Ruthenorum Romae praesentes a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, in quas propter praemissa, seu schisma, haereses et errores

---

[205] Cfr. supra sub nr. 144.

praefatos, quibus forsan adhaeserint, quomodolibet incurrerunt, auctoritate nostra in utroque foro absolvat in forma Ecclesiae consueta, nec non cum eisdem Episcopis ac eorum comitibus, familiaribus et domesticis, et quibusvis aliis personis, Presbyteris et Clericis super irregularitate per eos praemissorum occasione contracta, quodque clericali charactere, quo antea rite insigniti fuerunt, illiusque privilegiis uti, ac in omnibus etiam sacris et Presbyteratus Ordinibus antea rite susceptis etiam in Altaris ministerio ministrare, seu dicto charactere, qui insigniti non sunt, insigniri, et si idonei fuerint, ad omnes etiam sacros et Presbyteratus Ordines praedictos promoveri, et quaecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiamsi canonicatus, praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia existant, sive si iam obtineant, sive si eis alias in futurum canonice conferantur, recipere et obtinere, et quoad vixerint, retinere; nec non cum eisdem Episcopis, ut Ecclesiis, quibus canonice praesunt seu praefecti fuerunt, praeesse et munere consecrationis per eos antea rite suscepto uti, et ad alias similes Cathedrales, vel etiam maiores, etiam Metropolitanas Ecclesias transferri, et illis praeesse libere et licite possint et valeant, dicta auctoritate dispenset.

Ipsis vero Hypatio et Cyrillo et Oratoribus facultatem et potestatem dedimus, cum in Russia fuerint, absolvendi eadem nostra Apostolica auctoritate eodem modo ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, censuris et poenis Michaelem Archiepiscopum et ceteros Episcopos supradictos, ac similiter cum praefatis Archiepiscopo et Episcopis super huiusmodi irregularitate praemissorum occasione per eos fortasse contracta dispensandi. Ac insuper, ut iidem Archiepiscopus et Episcopi supradicti sic absoluti, et cum quibus, ut praefertur, fuerit dispensatum, unusquisque in propria Civitate et Diocesi, vel in sua iurisdictione omnes et singulos tam Presbyteros et Clericos, quam alias quascumque etiam laicas utriusque sexus personas, qui quaeve ad huiusmodi unitatem S. R. E. venerint vel eam amplexi fuerint, in praedicta forma Ecclesiae absolvere, nec non cum Presbyteris et Clericis praedictis super irregularitate per eos, vel eorum aliquem occasione praemissorum quomodolibet contractam (tam) quoad Ordinum exequutionem, quam quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum retentionem vel assequutionem dispensare pariformiter eadem nostra auctoritate possint, quemadmodum etiam aliis literis in forma Brevis latius continetur.

Ut igitur de Ruthenorum ad Romanam Ecclesiam reditu et reconciliatione ad posteritatis memoriam certa et perpetua extet testificatio, hac nostra perpetua constitutione Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Metropolitam et caeteros Episcopos ruthenos supradictos,

qui decreto consenserunt et literis ad Nos missis subscripserunt, tam praesentes, quam absentes, una cum omni eorum Clero et populo Nationis Ruthenae seu Russae, quae ad temporale dominium et ditionem charissimi filii nostri Sigismundi Poloniae et Sueciae Regis pertinet, ad laudem et gloriam sanctae et individuae Tritinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti, ad incrementum et exaltationem Fidei Christianae intra gremium Ecclesiae Catholicae et unitatem S. R. E. uti membra nostra in Christo recipimus, unimus, adiungimus, annectimus et incorporamus, atque ad maiorem charitatis nostrae erga ipsos significationem omnes sacros ritus et caeremonias, quibus rutheni Episcopi et Clerus iuxta sanctorum Patrum Graecorum instituta in Divinis Officiis et sacrosanctae Missae sacrificio, caeterorumque Sacramentorum administratione aliisve sacris functionibus utuntur, dummodo veritati et doctrinae Fidei Catholicae non adversentur et communionem cum Romana Ecclesia non excludant, eisdem ruthenis Episcopis et Clero ex Apostolica benignitate permittimus, concedimus et indulgemus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Omnes igitur unanimes uno spiritu benedicamus Deum coeli et Patrem misericordiarum, qui facit mirabilia magna solus a saeculo, qui corda filiorum ad patrem convertit, oves Christi ad ovile reduxit, membra capiti iterum conglutinavit. Benedictus Deus, qui semper cogitat cogitationes pacis, et vult omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Benedicti sint fratres nostri Michael Archiepiscopus Metropolita et Coepiscopi eius rutheni, qui aures suas non obturaverunt ad vocem Domini, sed illi ad ostium cordis stanti et pulsanti aperuerunt, per ipsius gratiam, qui dat velle et perficere pro bona voluntate. Det illis Deus abundantiam caelestium donorum, et conservet et corroboret in hoc sancto proposito cum omni Clero et fideli populo, ut permaneant in charitate et obedientia S. R. E. Matris suae, ut agnoscant et perpetuo confiteantur magnitudinem divinae misericordiae erga ipsos, et ambulent in via Domini, conservantes unitatem spiritus in vinculo pacis nobiscum ut filii nostri dilecti, quos singulari nostro cum gaudio suscepimus in Domino. Ita Christus Dominus pro sua immensa clementia Ruthenorum exemplo Graecos omnes ab Orthodoxae Fidei tramite aberrantes, qui eos in erroribus sequuntur, permoveat, qui Ruthenis ipsis in hac reconciliatione praeire debuerant, qui tamdiu duplici gravissimo iugo animae et corporis premuntur, quorum calamitatem dies et noctes lugemus, et ut ipsi sectentur unitatem et pacem, ac erroribus et tenebris reiectis, amplectantur veritatem et lucem et revertantur ad Nos, qui intra cor nostrum in visceribus Iesu Christi eos recipere optamus, ut in omnibus glorificetur Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, et fiat unum ovile et unus Pastor. Amen.

Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae iisdem praesentibus haberentur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam notsrae receptionis, unionis, adiunctionis, annexionis, incorporationis, permissionis, concessionis et indulti infringere etc. Si quis autem, etc.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae MDXCV, decimo Kal. Ianuarii, Pontificatus Nostri Anno quarto.

146.

Roma, 23. XII. 1595 - 2. II. 1596.

Commoratio Episcoporum Ruthenorum Romae secundum Diaria Alaleonis, unius ex Magistris Cerimoniarum; praestatio obedientiae die 23 decembr., et participatio Episcoporum Ruthenorum in Capellis Pontificiis diebus 24, 31 decembr., 1, 5 januarii, et 2 februarii.

ASV, *Miscellanea*, Arm. XII, vol. 42, fol. 350v-355r; BIBL. AP. VAT., *Barb. lat.*, nr. 2815, fol. 420-421.
Hodie: BIBL. AP. VAT., *Vat. lat.*, 12294.
MUH, vol. I, pag. 134-136, nr. 208.

ALALEON. DIARIA 1589-1599.

fol. 350v.

Intra Missarum solemnia Papa mihi mandavit vocare ad Assistentiam Rev.mum D. Albertum Baranouski, Polonum, Episcopum Plocen, qui superioribus diebus Romam venit, et sic suum assistentem creavit, et constituit. In Missa alia, ut de more, praedictus novus Assistens solvit solitos duodecim ducatos aureos de camera nova.

fol. 351rv-352r.

SABATO DIE 23 DECEMBRIS 1595.

Post prandium fuit Congregatio Generalis Dominorum Cardinalium ante Papam in Aula Constantini, in qua Congregatione Papa fuit indutus falda, et stola supra mozettam sedens sub baldachino in sede pontificali gestatoria sita supra solium parvum seu praedellam, et Domini Cardinales qui interfuerunt, fuerunt XXXIII cum cappis violaceis de camelotto. In dicta Congregatione Papa recepit ad obedientiam, et Unionem S. Sedis Apostolicae Romanae duos Episcopos Ruthenos Ecclesiae Graecae, qui ambo de rato pro uno Archiepiscopo, et aliis Episcopis Ruthenis promiserunt, his caerimoniis praecedentibus. Praedicti duo Episcopi Rutheni

Adm. Rev.mus D. Hypatius Pociei Episcopus Volodomirien et Bresten., et Cyrillus Terleski Episcopus Luceorien., et Ostroviensis fuerunt a Nobis Magistris Cerimoniarum ducti, et associati ante Papam; factis tribus reverentiis et genuflexi ante Papam osculati sunt pedem Papae cum debita reverentia et cum debitis cerimoniis praesentarunt litteras in manibus Papae; deinde nobiscum retrocesserunt intra quadraturam scamnorum Dominorum Cardinalium, et stantes fuerunt praedictae litterae duae lectae in lingua Ruthena a Domino Eustachio Volvicci, lituano; Deinde latino sermone a Domino Sylvio Antoniano Magno Cancellario et Secretario Papae, videlicet primum in Rutheno, deinde latino, 2-o alia Rutheno, et alia latina; lectis litteris idem D. Sylvius Secretarius de mandato Papae habuit brevem orationem, qua absoluta dicti duo Domini Rev.mi Episcopi Rutheni simul cum Interprete sequente eos accesserunt ante Papam et genuflexi legerunt, et fecerunt Professionem Fidei ante ipsos librum evangeliorum apertum habentes, super quo iurarunt tactis ambabus manibus sacrosanctis Evangeliis, et osculatis et lecta Professione fidei ab ipsis, videlicet, a Rev.mo D. Hypatio Pociei Episcopo Volodomirien. lingua latina, et a Rev.mo D. Cyrillo Episcopo Luceorien. lingua Ruthena, et ab interprete denuo lingua latina, quod superfluum fuit. Osculati sunt pedem Papae, qui locutus est cum ipsis, ostendens gaudium, quod habet de adventu ipsorum, et cetera, submissa voce. Et statim tam procurator generalis fiscalis quam fiscalis Sancti Officii Inquisitionis fecerunt suas solitas protestationes, et rogarunt Notarios praesentes, ut conficerent Instrumentum, et Instrumenta etc., prout de more ipsorum, quo absoluto, dicti duo Rev.mi D. Episcopi petierunt a Papa, ut qui familiares possint osculari pedes Suae Sanctitatis, quod Papa gratiose concessit, quamvis laboraret podagra; quo facto Papa omnibus signo crucis, nihil dicens, dedit benedictionem, et rediit ad suas cameras. Duo Camerarii secreti Papae Assistentes fuerunt cum vestibus rubeis, et caputiis prout in consistoriis. Adfuerunt multi Praelati, videlicet Archiepiscopi, Episcopi, Prothonotarii et alii, et nos Magistri Cerimoniarum, qui etiam de his supradictis actibus fuimus rogati. Et ita est. Paulus Alaleo S.D.N. Papae Cerimoniarum Magister, et Sedis Apostolicae Notarius.

DOMINICA 4. ADVENTUS, DIE 24 DECEMBRIS 1595.

Quae fuit die vigiliae Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi. - Post prandium vero hora vesperarum fuerunt vesperae Pontificales in Basilica S.ti Petri, quas Papa cantavit, qui descendit in sede delatus, indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo, et mitra pretiosa, et interfuerunt XXXIIII Cardinales parati paramentis albis, et mitris quae paramenta iuxta eorum ordinem acceperunt post praestitam obedientiam, cum

cappis rubeis. Interfuerunt XIII Episcopi Assistentes, inter quos fuerunt duo Rev.mi Episcopi Rutheni parati more Graecorum, et alii Episcopi parati pluvialibus et mitris, interfuerunt et aliqui Episcopi non assistentes parati... Papa thurificavit altare quamvis claudus pro podagra. Intra vesperarum solemnia ego duxi inter alios Episcopos Assistentes praedictos duos Episcopos Ruthenos de mandato Papae. Alia ut de more. Absolutis Vesperis Papa defessus rediit superius in sede delatus, ut venit, per scalas ordinarias...

(*Durante festivitate natalitia 1595 Papa fuit absens*): «qui iacet in lecto oppressus dolore podagrae propter factionem externam... » (fol. 352r).
fol. 353r.

DOMINICA, DIE 31 DECEMBRIS.

In die festo S. Silvestri Papae. Post prandium fuerunt cantatae vesperae in solita Cappella Apostolica, Papa praesente, qui venit in sede delatus... et praesentibus XXVIII Cardinalibus cum Cappis rubeis de camelotto, VIII Episcopis Assistentibus (inter quos fuerunt duo Episcopi Rutheni), gubernatore Urbis...
fol. 353rv.

FERIA 2-a, DIE 1-a JANUARII 1596.

In die festo Circumcisionis... Missam cantavit in solita Cappella Apostolica Ill.mus D. Card. Sfondratus, Papa praesente, qui venit in sede delatus... et praesentibus XXXI Cardinalibus... XII Episcopis Assistentibus, Gubernatore Urbis... Adfuerunt inter Episcopos Assistentes duo Episcopi Rutheni.
fol. 353v.

FERIA 6, DIE 5 JANUARII 1596.

In vigilia Epiphaniae fuit Cappella in S. Petro et Missam cantavit supra maius altare cum Bulla dispensae Ill.mus Card. Paleottus Episcopus Sabinen, Papa praesente... praesentibus XXXI Cardinalibus... X Episcopis Assistentibus, quorum duo erant Episcopi Rutheni in habitu Ecclesiae Graecae, Gubernatore Urbis... Sermonem habuit Proc. Ordinis Servorum et indulgentia fuit annorum XXX et totidem quadragen. quam publicavit idem Procurator Sermocinator, qui pro S. tae Matris Ecclesiae dixit St.ae Romanis Ecclesiae, de quo Papa risit modeste.
fol. 355r.

FERIA 6-a, DIE 2-a FEBRUARII 1596.

In die festo Purificationis B. M. V. fuit Cappella... ad quam Papa venit pedester, indutus... Absoluta processione... fuit cantata Missa de

die festo Purificationis... Papa praesente, et praesentibus XXVII Cardinalibus.... XIII Episcopis Assistentibus, inter quos fuerunt duo Episcopi Rutheni cum solitis eorum habitis, Gubernatore Urbis...

147.

Roma, 23. XII. 1596 - 2. II. 1596.

Ex Diario Pauli Mucantii, Magistri caeremoniarum: quae spectant acta et gesta Episcoporum Ruthenorum.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. I, vol. 764, fol. 478-83, 489-92, 500-01, 512-13;
BIBL. AP. VAT., *Barb. lat.*, vol. 22808, pag. 154-160, 167-170, 180-181, 197-198; *Vat. lat.*, vol. 12318, fol. 254-257, 260-262, 207-268, 275.
MUH, vol. I, pag. 128-134.

DIE SABBATI, QUAE FUIT VIGILIA NATIVITATIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI quoad (carnem): 23 mensis decembris, hora 23, de mandato Domini Nostri Papae fuit convocata Congregatio Generalis omnium Cardinalium in Urbe praesentium in aula Constantini pro iuramento praestando et professione fidei facienda a duobus Episcopis Ruthenis, tam proprio nomine quam nomine aliorum Episcoporum Ruthenorum et Russiae, qui post annos centum quinquaginta ad unionem sanctae Romanae Ecclesiae et obedientiam Apostolicae Sedis venerunt. Hi fuerunt Episcopus Vladimiriensis et Brestensis ritus graeci, et Cyrillus Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis ritus graeci.[206]

Igitur, hora praedicta, praeparata sede pontificia gestatoria sub baldachino, et depositis hic inde sedilibus pro Illustrissimis Dominis Cardinalibus convenerunt ibidem cum cappis violaceis omnes infrascripti Cardinales, videlicet Jesualdus, Comensis, Paleottus, Alexandrinus, Episcopi; Sanctae Severinae, Rusticuccius, Deza, Florentinus, de Gioiosa, Salviatus, Veronensis, de Terranova, Pinellius, Saulius, Cusentinus, de Camerino, Montelparus, Sfondratus, Giustinianus, Cusanus, de Monte, Paravicinus, Sega, Matthaeus, Platus, Saxus, Toledus, Presbyteri; Sfortia, Ascanius, Columna, Farnesius, SS. Quattuor, Aldobrandinus et S. Georgii, Diaconi; retro scamna Reverendissimorum Dominorum Cardinalium, et circumcirca per totam aulam, non autem intra quadraturam scamnorum Cardinalium, quae libera relicta fuit, stabant plurimi Praelati, officiales

---

[206] Praeter descriptionem, quae habetur in s.d. Instrumento (nr. 142), et in Bulla «*Magnus Dominus*» (nr. 145), haec est iam tertia descriptio magistri cerimoniarum Papae Clementis VIII, et quidem a persona competenti ex visu exarata et proinde specialem considerationem in materia habet.

et curiales in numero copioso, ita ut totam aulam impleverunt. Venit Pontifex habitu suo ordinario, sedit in sede praedicta sibi praeparata, et sedentibus similiter Cardinalibus, introducti fuerunt a Domino Paulo et Guido Collegis praedicti duo Episcopi, qui venerunt in habitu graeco, quo utuntur in eorum partibus, hoc est, quodam mantelletto nigro cum quibusdam auratis fascibus; et in apertura scamnorum genuflexi osculati sunt more ipsorum terram, quod similiter secundo fecerunt in medio quadraturae, et tertio ante pedes Pontificis, quos demum reverentes deosculati, et primus eorum, vocatus Hypatius (Potsiej), dedit Pontifici litteras, quas Pontifex tradidit legendas Domino (Eustachio Wolowicz) praedictorum Episcoporum interpreti, et Domino Sylvio Antoniano eius Secretario et secreto cubiculario. Antequam litteras Pontifici porrigerent, Dominus (Wolowicz) eorum interpres dixit: « Venerunt, Beatissime Pater, ad obedientiam sanctae Romanae Ecclesiae et Sanctitatis Vestrae, parati obedire Vestris et Sanctae Romanae Ecclesiae mandatis ». Porrectis litteris surrexerunt, et a dictis meis Collegis ad aperturam bancorum Cardinalium deducti fuerunt, ubi stantes exspectaverunt donec litterae datae fuerunt, et eisdem responsum datum fuerit nomine Pontificis a Domino Sylvio praedicto. Litteras in lingua Russa seu Ruthena legit Dominus (Wolowicz), deinde easdem in latinum conversas legit Dominus Sylvius Antonianus. Hoc est, primum, quandam scripturam continentem resolutionem factam ab Archiepiscopo Rutheno et septem aliis eiusdem provinciae Episcopis, de redeundo ad hanc sanctam catholicam Sedem, et Summum Pontificem tanquam caput universalis Ecclesiae agnoscendo, eidemque reverentiam et obedientiam exhibendo; quae scriptura manu et singulorum praedictorum Archiepiscopi et Episcoporum subscripta et firmata erat; et, secundo, litteras eorumdem Archiepiscopi et Episcoporum Ruthenorum ad Sanctissimum Dominum Nostrum missas; eidem SSmo significabant communi concordia decrevisse mittere duos ex eisdem Episcopis ad Sanctitatem Suam, unionem Ecclesiae Orientalis et Occidentalis iuxta formam Concilii Florentini, et ad faciendam fidei professionem cum errorum abiuratione, et Sanctitatem Suam ut supremum totius Ecclesiae pastorem agnoscendum.

Lectis litteris, Sylvius nomine Pontificis respondit Sanctitatem Suam laetari valde de eorum resipiscentia et adventu ad Urbem tanquam ad Matrem Ecclesiam, et ideo necessarium esse, ut professionem fidei, quam nunc vere agnoscunt, publice facerent. Tunc accesserunt praedicti duo Procuratores et ad pedes Pontificis genuflexi professionem fidei iuxta formam sibi traditam fecerunt, hoc est, primus, eo quod linguam latinam intelligebat, illam lingua latina fecit et legit; secundus vero, Cyrillus, qui non intelligit latinam linguam, illam fecit lingua graeca,

seu Ruthena, quam iterum eius interpres Dominus D . . .[207] lingua latina declaravit; et in fine singuli Procuratores, tactis sacrosanctis Evangeliis et deosculata Imagine Salvatoris in libro ante ipsos posita fuerunt (*sic*), dicentes: « Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia ».

Facta professione et iuramento, iterum pedes Sanctitatis Suae deosculati sunt, et SSmus Dominus iussit illos proprius ad eum accedere, quibus submissa voce latino sermone nonnulla verba paterna charitate plena dixit; significans eisdem quantam ex eorum ad Urbem adventu laetitiam caeperit, et de eorum salute quam sit sollicitus, et nihil aliud quaerere, quam animas eorum et sibi commissarum, quae hucusque per spatium 150 annorum erroribus involutae perstiterunt diabolica fraude et voluti (*sic* involuti) decepta; nunc quoniam, Deo auctore, ad Ecclesiam universalem accesserunt, oportere illos humilitate et charitate amplecti sancta et salutaria monita, ut sicut olim superbia erroris causa fuit, sic . . . (*sic*) charitas et humilitas illos in fide et unione retinet et confirmat; seu his similibus verbis dictis surrexerunt Procuratores, et a dextris Pontificis steterunt, donec nonnulli, qui secum ex Russia venerant, de eorum familia pedes Pontificis deoscularentur. Interim Dominus Iacobus Nerosius fecit protestationem in forma, rogans omnes Protonotarios, ut de huiusmodi professione unum vel plura conficerent instrumenta; quam protestationem similiter fecit Dominus Marcellus Filonardus Procurator Fiscalis SSmae Inquisitionis; quo facto, et pedibus a nonnullis ex familia deosculatis, a Pontifice benedictione accepta, dimissa fuit Congregatio, et Pontifex ad suas cameras rediit, et alii omnes singuli ad propria.

EADEM DIE, [= DIE DOMINICA 24 DECEMBRIS] POST PRANDIUM, SSmus Dominus Noster, licet adhuc non firmus pedibus, voluit omnino celebrare Vesperas solemnes ad Altare maius in Basilica nova Principis Apostolorum; sed quia locus est nimis apertus, et dubitabatur de magno frigore et aere noxio, prout experientia anno praeterito compertum est, ad arcendum frigus fuerunt extensaec ortinae ex tela seu lana caelesti desuper, cum pluribus stellis auratis ad ornamentum, et trabes seu tigna erecta, altitudinis palmarum circiter sexaginta, quae firmata fuerunt et aliis transversalibus trabibus armata, et circumcirca, et undequaque ab extra et intus panni aulici et serici fuerunt aptati, ita ut ab omni parte tam solium Pontificis, quod in externa parte in medio de directo contra altare collocatum erat, quam scamna Reverendissimorum Dominorum Cardinalium consequebantur spatio longitudinis circa

---

[207] Canonicus Luceoriensis — Lucas Doktorowicz, qui erat etiam maior domus Episcoporum Legatorum.

palmarum sexaginta, latitudinis circa quadraginta, nec ab ulla parte apertum erat, nisi ab anteriore in facie altaris, quod a primo signo seu initio tegumenti praedicti palmos circiter triginta distabat, ita ut spatium ab altari ad solium pontificium erat circiter nonaginta palmarum in totum; sed tegumentum praedictum nihil prodesse poterat celebranti apud altare, et quia Pontifice in crastinum celebraturo alia sedes praeparanda erat, in qua Sanctitas Sua Cardinales et Praelatos paratos ad obedientiam reciperet, et horam tertiam inchoaret, et sacris missalibus indumentis (acciperet), quae sedes non poterat apte collocari intra repagulum praedictum factum ad trigus arcendum, fuit extra collocata a parte sinistra altaris, sed pannis rubeis in modum cellulae undequaque consecta, excepta parte antiquiori versus Cappellam, contra quamquam sedem in cornu Evangelii suggestum pro cantoribus fuit praeparatum; sed non obstantibus omnibus his diligentiis, dum Pontifex erat apud altare, non potuit defendi a frigore propter nimiam loci amplitudinem et incommoditatem. Est enim templum novum divi Preti parum aptum ad celebrandum, nec secundum ecclesiasticam disciplinam fuit constructum, unde nunquam aptum erit, ut in eo huiusmodi sacrae functiones decenter et commode celebrari possent. Sed de his hactenus.

Pontifex in aula Consistorii (iuxta) solita paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo ex serico auriphrygiato, recenter ab ipso Pontifice cum aliis omnibus paramentis missalibus et altaris facto, quo primo hodie indutus fuit, ac mitra pretiosa, in sede delatus, ad Basilicam praedictam descendit, praecedentibus Cruce et Cardinalibus cum cappis rubris. Facta oratione ante altare SSmi Sacramenti, iterum sedens ascendit ecclesiam novam, ubi ante altare maius in faldistorio sibi praeparato iterum oravit. Tum ascendit solium, recepit Cardinales ad obedientiam; qua finita, et illis albis paramentis indutis, Vesperas solemni more, prout convenit Pontifici in crastinum celebraturos solemnizavit. Dominus Ioannes Baptista Vives, Subdiaconus Apostolicus, antiphonas praeintonavit, primam Papae, secundam Cardinali Sfortiae, Diacono assistenti a dextris, tertiam Cardinali Gesualdo, Episcopo Cardinali assistenti et sedenti in cathedra nuda a dextris Pontificis in solio, quartam Cardinali Sanctae Severinae, primo ex presbyteris praesentibus, sedenti in loco suo in banco Cardinalium, et quintam Cardinali Montalto, Diacono, assistenti a sisistris. Reverendus Pater Dominus Corduba Pontifici hymnum praeintonavit, et Antiphonam ad Magnificat praedictus Diaconus Apostolicus Papae praeintonavit, qui etiam Capitulum cantaverat, stans in cornu epistolae, et ad Magnificat omnes Cardinales et Praelatos more solito thurificavit. Interfuerunt in totum Cardinales numero triginta quinque, et apud solium steterunt Oratores Venetorum et Sabaudiae.

Venerunt in Cappellam ad Vesperas hodie duo Episcopi Rutheni, de quibus heri mentionem habuimus, et venerunt parati habitu sacro, sed more Graecorum, hoc est quodam indumento, quod similis est pluviali non aperto ante, sed clauso, nec cum caputio pendente a parte posteriori, more eorum, sed cum quibusdam fasciis super humero sinistro in modum stolae, sed magis latis, partim extensis, et partim complicatis, et quibusdam crucibus. In capite, loco mitrae, portabant quemdam biretum rotundum in modum parvae thiarae, in quorum medio et summitate erat parva crux. Alter ipsorum, id est primus, habebat biretum praedictum ex serico albo auro intermixto, seu auriphrygiato, secundus ex serico nigro cordulis aureis, seu, ut vulgo dicitur, trinis aureis exornatum, sed ambo eiusdem formae[208]. Steterunt a principio inter Episcopos, post scamna Presbyterorum Cardinalium, et dum cantores primum psalmum Vesperarum cantabant, de ordine SSmi deducti fuerunt a Domino Paulo, Collega, ad sedendum inter Episcopos assistentes, qui in gradibus solii Pontificii sedent; ipsi vero Rutheni in medio ante faciem Pontificis collocati fuerunt.

In reliquis fuerunt omnia secundum solitum observata, et quia propter repagulum seu tegumentum supradictum, accedente maxime aere nubiloso, locus Cappellae ubi Pontifex et Cardinales sedebant, maxime versus solium Pontificis, erat obscurus, cum a nulla parte nisi ab anteriori lumen ingredi posset, fuerunt accensa duo funalia, quae PP. (*sic*) scutiferi hinc a dextris et sinistris circa principium Cardinalium stantes durantibus Vesperis tenuerunt, sed ad recte illuminandum plura funalia erant necessaria.

EADEM DIE [= 31 DECEMBRIS] POST PRANDIUM, hora 22, celebratae fuerunt Vesperae solemnes in Cappella Palatii, ad quas SSmus Dominus noster iam fere penitus pedibus firmus, sede delatus, paratus more solito albo pluviali novo, et mitra, venit. Omnia fuerunt more solito servata, sed quia officiales et curiales ut plurimum credebant Pontificem his Vesperis hodie non interfuturum, pauci admodum ex eis venerunt ad Cappellam; unus tantum Subdiaconus adfuit, qui portavit crucem; tres tantum Auditores, quorum qui antiquior servivit de mitra, caeteri duo pro fimbriis et removenda tobalia ab altari. Nullus adfuit acolythus, nec Abbreviator; unde Dominus Guido Magister Caeremoniarum thurificavit Cardinales et alios et duo clerici cappellae ad orationem tenuerunt candelabra; quod cernens Pontifex, ordinavit Illustrissimo Cardinali Montalto

---

[208] Agitur de sic d. mitriis orientalibus episcoporum ruthenorum, quorum forma usque ad tempora hodierna est idem. Ceterum adnotationes sunt optimum testimonium de usibus huius temporis.

Vice-Cancellario stare, ut mulctaret dictos avolutos singulos in paenam amissionis salarii unius mensis; quam paenam Sacrista Palatii ex nunc applicavit; ita suis expensis contumaciam purgarunt.

Interfuerunt his Vesperis Cardinales viginti octo; ex his Assistentes fuerunt Rusticuccius presbyter, et Montaltus, et Ascanius Columna. Diaconi venerant, et Episcopi Rutheni in habitu quo interfuerunt dum professionem fidei fecerunt, ut supra dixi; quem habitum uti solere in Ecclesia asseruerunt, ut unus eorum qui latine loquitur sermone mihi dixit, nec habere usum cappae in eorum partibus, illudque habitum vocare mantium, nec esse habitum ordinarium, sed ecclesiasticum, et quo in divinis utuntur. In capite tenuerunt quidem parva bireta nigra quae nos birettinos vocamus; habebant etiam cappellos ex feltro, quibus non decere uti in Cappella significavi; sederunt inter Assistentes post Archiepiscopos.[209]

Finitis Vesperis, novi Urbis officiales et Magistratus praestiterunt solitum iuramentum, quod praestare solent singulis annis hac die, et in principio cuiuslibet bimestris, quando Officiales mutantur; sed non fuit Camerarius, nec alius suo loco apud Pontificem assistit praeter duos diaconos assistentes. Sic annus millesimus quingentesimus nonagesimus quintus completus. Deo gratias!

ANNUS MDXCVI. – ANNO A CIRCUMCISIONE 1596, PRIMA DIE IANUARII, in eiusdem Dominicae Circumcisionis festo celebravit in Cappella Illustrissimus Dominus Cardinalis Sfondratus in albis paramentis . . . (fol. 503). Venerunt Episcopi Rutheni, et sederunt prout heri inter Assistentes in loco eorum promotionis ad Episcopatum, cum eorum habitu supradicto . . .

DIE 5 EIUSDEM, FERIA SEXTA, IN VIGILIA EPIPHANIAE, fuerunt celebratae Vesperae in Cappella Palatii more solito. Papa venit et rediit in sede, cum mitra. Interfuerunt Cardinales triginta unus, et apud solium duo Oratores Venetiarum, seu Sabaudiae, assistentes diaconi, Sfortia et Montaltus; Presbyter vero Rusticuccius, Episcopi Rutheni ad solium suum inter Assistentes.

DIE 2 FEBRUARII, FERIA SEXTA, IN FESTO PURIFICATIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS, SSmus Dominus Noster pedibus suis venit ad Cappellam indutus pluviali rubro, et mitra simplici, praecedentibus Cruce et Cardinalibus; praestita obedientia fecit benedictionem candelarum more solito, et Cardinales et Praelati acceperunt paramenta sacra. Inter praelatos Assistentes interfuerunt duo Episcopi Rutheni

---

[209] Agitur de sic dictis « camelaucion » quibus utebantur episcopi tunc temporis, ex Ordine religioso.

cum mantiis suis nigris, ut alias dictum fuit, et pro distributione candelarum acceperunt paramenta sacra, prout fecerunt in Vigilia Nativitatis, ut supra dictum est. Ego enim vidi parare, ut notarem eorum usum. Induunt enim, deposito illo manto, super vestem talarem tunicam sericeam ex damasceno, longam usque ad pedes in modum albae, cum manicis strictis, quam cingunt, et a sinistris cincturae ponunt corporalia. Super dictam tunicam induunt planetam latam, non apertam a lateribus prout sunt nostrae planetae, sed undique clausam, super quam circa collum vol(v)unt quamdam stolam latam rubei coloris, in qua sunt aliquae cruces et imagines, quae pendent a parte dextra fere usque ad pedes; in capite ponunt illa bireta rotunda in modum, prout dixi in Vigilia Nativitatis. Sederunt inter Assistentes, et acceperunt candelas in loco suae promotionis. . .[210]

148.

Roma, 27. XII. 1595.

Promotio Episcoporum unitorum ad dignitatem Assistentium throni Pontificii.

BIBL. VAT., *Urb. lat.*, vol. 1063, fol. 987-87v.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 97, nr. 545.

Di Roma, li 27 X.bre 1595.

(f. 987)...

Quei Vescovi Ruteni, per i quali, come si scrisse, sabbato[211] fu tenuta la congregatione innanzi al Papa, Sua Santità gli ha ammessi nel numero de gli altri assistenti Vescovi alla cappella, i quali in detta congregatione, dopo (f. 987v) havere accettato il Concilio Tridentino et abnegati tre capi, che tenevano contro li dogmi del detto concilio, tra quali, che il Papa non fosse supremo capo della fede cattolica et della santa chiesa romana, fecero la professione della fede in forma.

. . .

149-150.

Roma, 29. XII. 1595.

Litterae Episcoporum Ruthenorum Roma ad episcopum Leopoliensem Gedeonem Balaban de feliciter facta professione fidei catholicae (lingua polonica et pars versionis in linguam latinam).

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 198-201.
PELESZ J., *Geschichte der Union der Ruthenischen Kirche mit Rom*, Wien 1878, vol. I, pag. 540-542 (in nota; versio germanica).

---

[210] Alia descriptio vestium liturgicarum episcoporum ruthenorum tunc temporis.

[211] I.e. die 23 decembris, in antevigilia Nativitatis Domini, in qua congregatione sollemnem fecerunt fidei professionem.

W Bogu wielebny Hospodynie Ojcze Episkopie Lwowski, bracie nasz mily.

Dajemy Waszmości wiedzieč o sobie, i o tej świętej sprawie, o której za zleceniem i za mocą Waszmości mnie i Luckiemu daną. Sami ziechaliśmy tu do Rzymu, acz nie bliską mieliśmy drogę, gdzie musieliśmy wielkich prac i trudności podjąč, i za pomocą Bożą dojechaliśmy Rzymu, w siedm niedziel z Krakowa wyjechawszy, spieszno i ustawicznie jadąc, a wiechaliśmy Nowembra pietnastego;[212] we środę byliśmy u Jego Swiętobliwości przywitani dwa kroč, listy JK. Mości i Ichmčiów panów niektórych rad Jego Swiętobliwości oddaliśmy; przyjął nas jako ojciec łaskawy dziatki swoje z taką miłością i łaskawością nieskazaną, czego teraz nie wypisuejmy.

Mieszkanie. Pałac dano nam niedaleko zamku Jmci, ochędożnie, obiciem i wszelakiemi potrzebami ozdobiony; dostatki też wszystkie, co jeno kolwiek do żywności należy, z łaski Jego Mości mamy i już tu w Rzymie sześč niedziel mieszkamy; nie chciał nas jeszcze Jego świętobliwośč słuchač posłuszenstwa naszego, mówiąc: wypocznicie sobie dobrze po tej drodze; aleśmy często prosili, i uprosiliśmy, ze nas Jego Swiętobliwośč słuchał, Miesiąca decembra dwudziestego trzeciego dnia, na sali wielkiej, którą zowią *Konstantynowa, gdzie najwyzszych xiązat przyjmuje, tam raczyl Jego Swietobliwośc na majestacie swoim swiatyleskim zasiąsc, a przy jego swietobliwosci senat wszystek: kardynali, arcybiskupi, biskupi a osoblivie poslowie krola francuskiego i z inszych panstw i insi przelozeni, jako jest zwyczaj, obopol siedzieli* wszyscy panowie, rady wielkie. Mnóstwo było panów duchownych, książąt rzymskich i szlachty tamże, gdy nas uczciwie było przyprowadzono, całowawszy nogi Jego Swiętobliwości, listy od Waszmości oddlaliśmy, i spisy nasze jako się Wmč. ze mną i Luckim spisali, które w głos czytał Jmč Xiądz Eustafi Wołowicz dosyč znacznie, tylkoż krom naszych panów Polaków i krom panów litewskich, których jest tu dosyč, nikt po rusku nie zrozumiał, aleśmy mieli po łacinie przełożono gotowo, i skoro po rusku przeczytał pan Wolowicz, tedy zaraz po łacinie czytano, a po wyczytaniu Jego Swiętobliwośč przez jednego podkomorzego swojego uczynil rzecz do nas bardzo cudnie, będąc wdzięczny z nawrócenia i przyjechania naszego, i obiecując nam wszystko wcale zachowač i stwierdzič na wieki, a my tamże sami od siebie i imieniem Jegomości ojca metropolity i wszystkich Waszmościów profesye, która już była nagotowaną, czytali, ja Włodzimirski po łacinie,

---

[212] Prout patet ex aliis documentis nostri voluminis (cfr. die 18 Novembris).

a ja Lucki po rusku i przysięgę na św. Ewangelii imieniem wszystkich Waszmościów i sami od siebie uczyniliśmy, i rękami naszemi podpisaliśmy, a Jego Swiętobliwość kazawszy nam bliżej przystąpič, choč i tak blisko byliśmy, i nachyliwszy się sam do nas prawie ojcowsko, kilka wierszów mówił, między któremi i te słowa byly: nie chcę więc ja nad wami panować, ale niemocy i krewkości wasze na sobie nosiś i inne; a nazajutrz to jest decembra dwudziestego czwartego dnia, w wigilię Bożego narodzenia, sam Jegomość nieszpor albo wieczernię w kościele nowym św. Piotra odprawował z wielkim mnóstwem duchownych, kardynałów, arcybiskupów i biskupów, których było bardzó wiele, gdzie i nas błogosławił we wszystkich ubiorach naszych byč, i dano nam miejsce wyższe wszystkich Biskupów, a potym i odtąd posłał Jegomość po nas, i dano nam miejsce podle Jego Swiętobliwości bardzo blisko; a nie wolno przy Papiezu Jegomości żadnemu kardynałowi w koronie inszej byč, tylko adamaszki białej, prosto, bez żłota i bez wszelakiej kosztownej oprawy, a biskupi z plutna białego korony mają; a myśmy w czapeczkach kosztownych byli i w omofforach, z któregoż to takowegoż zjednoczenia naszego, że nam wszystko wcale zostało tak służba boża, jako i waszystkie ceremonie, i obrady cerkwi Bożej, niechaj bedzie cześč i chwała Panu Bogu naszemu; tu też będąc w Rzymie przez tak długi czas ustawiczniešmy nabożenstwa używali w cerkwi greckiej założenia śgo. Atanazego Alexandryjskiego, która jest wielkim kosztem zmurowana i nadana, aparatów kosztownych, ryz, patrachilów, poruczyc, stychyrow, i daykonskich ubiorów, kielichów i inszych potrzeb bardzo wiele; a wszystko po naszemu służą y greckim językiem Prezbyter z Diakonem, tylko z większą uczciwością niżli u nas, dwa Episkopi Grekowie, a kollegium przy tejże cerkwi jest z pięćdziesiąt osób, co się uczą wszystkiego po grecku; wielkie nadanie mają i myśmy już dawszy posłuszenstwo służyli w tey cerkwi, *Ja Wlodzimirski na Bože Narodzenie*, *Ja Lucki na sgo. Stefana* i z niemiśmy Liturgie swięte odprawowali, któryy nie inaczej stużą tak, jak u nas, i z nami służyli, jakoby właśni nasi Presbyterowie, żadnemi się rzeczami nie odmienili; lepjej pod jednym pasterzem najwyższym byč, niżeli pod pięciu, albo pod sześciu, a w zgodzie i miłości z Ichmościami duchownemi rzymskiemi, od kórych i miłośč i obrona cerkwiom świętym, i porządek da Bóg lepszy będzie.

Co się nam natenczas za słuznie zdało Wmci bratu naszemu miłemu oznajmię przez pisanie, a gdy da Bóg tamże zaś nazad zwrócim do siebie, tedy o wszystkim po dostatku ustnie waszmości oznajmiemy; a teraz tu tylko na tym zostało, że już za pomocą Bożą odprawiač się będziemy, i w drogę znowu wybierač się. Co daj Bože, abyśmy Wmść w dobrym zdrowiu oglądali, łasce i miłościom Wmści braterskim zalecamy się.

Z Rzymu, roku tysiąc pięćset dziewięćdziesiął piątego, miesiąca decembra dwudziestego dziewiątego dnia.

U tego listu pieczęci na kustodyi przyciśnione dwie, i podpis rąk temi słowy: Wmści życzliwy brat.

Ippaty Episkop Włodzimirski i brzeski.

Kirył Episkop łucki i Ostrogski.

* * *

Die 15 novembris ejiusdem anni venerunt ablegati Eppi Rutheni Romam. Tertia die erant iidem excepti a Papa, et tradiderunt ei literas regis et quorumdam senatorum. Roma dederunt iidem Eppi ad Ep.pum Leopoliensem Gedeonem Boloban epistolam sub 29 decembris 1595, in qua scripserant: [213]

" Papa suscepit nos qua pater suos liberos cum ineffabili amore et gratia. Nos vivimus non procul a Palatio Suae Sanctitatis in pulchra domo, omnibus neccessariis instructa ex gratia Papae. Permanemus jam per sex hebdomadas Romae, et adhuc non sumus admissi ad audientiam Papae, ut post iter requiescamus. Tandem ad preces nostras concessa est nobis audientia 23 decembris in majori cubilo dicto Constantini, ubi Papa summas personas excipit. Papa in omni majestate occupavit sedem, et penes eum omnis senatus, Cardinales, Archieppi, Ep.pi. Separate sedebant legati regis Franciae et aliorum regum, in utraque parte cubiculi sedebant altiores dignitarii, magnus numerus Cleri et nobilitatis Romanae. Introducti osculabantur pedes Sanctitatis Suae et dedimus literas Reverentiarum Vestrarum. Has literas legebat sacerdos Eustafij Wolowicz, sed nemo ruthenice intelligebat, exceptis praesentius multis Polonis et Lithvanis. Dein eaedem literae legebantur latine. Dominus Papa locutas est ad nos per unum subcammerarium suum, gratias agendo pro unione nostra et amicitia, appromittendoque conservationem ritus nostri in saecula. Tunc nos ex parte nostra et Metropolitae et omnium Reverentiarum Vestrarum legebamus nostras promissiones, ego (Eppus Vladim.) latine et ego (Eppus Luceor.) ruthenice. Dein deposuimus juramentum pro Reverentiis Vestris et nobis, et subscripsimus manibus Nostris. Sua Sanctitas, licet prope stetimus, jussit, ut adhuc propius accedamus, et dixit ad nos: " Nollo ego imperare vobis, sed imbecilitates et infirmitates Vestras super me portare ". 24 decembris in vigilia nativitatis ipsa Sua Sanctitas celebravit vespertinum in nova ecclesia s. Petri, cui interfuimus cum magno numero cleri, Cardinalium, Archiep.porum ac Ep.porum,

---

[213] Pars documenti praecedentis, in versione latina.

et quidem cum licentia Papae in ornatu nostro. Pro hac unione nostra et quod nobis in integrum liturgia et reliqui ritus relicti sunt, sit Deo honor et laus."

151-152.

Roma, 30. XII. 5951.

Transmittitur oratio Silvii Antoniani, in Concistorio Unionis.

ASV, *Nuntiature diverse*, vol. 282, fol. 93-95.

Al medesimo Pinelli.[214]

Nella relatione mandata a V. S. con le precedenti intorno le cerimonie osservate nel ricevere i Vescovi Rutheni, non ho che aggiungere. Ad essa relatione aggiungo bene, e spero che le sarà molto cara l'oratione di Mons. Antoniani, fatta nella generale, e publica Congregatione tenuta a questo proposito, non sanno questi nostri intendenti, che desiderare ne di maggior purità, ne di maggior giudizio, ne di maggior decoro, ne che sappiano maggiormente di quella pietà, e gravità de Padri antichi di questa; me ne ha fatto gratia lui stesso, e mi sono dimenticato de dirli, ch'io desiderava, per communicarla a V. S., perche sono sicuro, che ne haverebbe hauto gran contento; ma lo farò quando la risposta di questa giustificara d'harvelgliela inviata con effetto. Di Mons. Doria non posso dir altro se non che la licenza...

Di Roma, li 30 Decembre 1595.

* * *

Verba quae SS.mi D. N. Clementis PP. Octavi iussu, et nomine fecit Silvius Antonianus Cubiculi Praefectus, et Secretarius, ad duos Episcopos Ruthenos, missos a Metropolita Rutheno, et eius Provincialibus Episcopis, ad eundem Sanctissimum unitatis causa, postquam eiusdem Metropolitae, et Episcoporum Litterae ad Sanctittatem Suam tam Rutheno, quam Latino sermone sunt lectae in Congregatione generali, publice habita in Aula Constantini, Sabbato Quattuor temporum et Vigilia Nativitatis D. N., die 23 Decembris 1595.[215]

Venerabiles Episcopi. Ad petram fidei, supra quam Christus Dominus Ecclesiam suam aedificavit, ad Montem sanctum, in quo inhabitare neneplacitum est Deo, ad Matrem et Magistram omnium Ecclesiarum, Sanctam

---

[214] Quidam Patavinus, ut videtur, forsan ecclesiasticus, prout ex ipso tenore litterarum patet.

[215] In sollemni professione fidei catholicae episcoporum ruthenorum.

Romanam Ecclesiam reditis, Rutheni Episcopi, post annos centum et quinquaginta, magno quidem et singulari Dei beneficio erga vos, et gentem vestram, tanto vero cum gaudio S. D. N. quantum nulla orationis copia, nulla dicendi vis exprimere satis potest; esultat spiritus Sanctitatis Suae in Deo, ut sapientiam illam agnoscit, quae attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter, et vos quoque iure optimo divitias bonitatis Dei agnoscitis, et praedicatis, qui corda vestra divino suo lumine collustravit, ut intelligentes non esse in corpore membra illa, quae capiti non coerceant, divulsum a vite palmitem fructum nullum afferre posse, rivos arescere, qui fonti non sunt coniuncti. Denique Deum Patrem non habere, qui Ecclesiam Matrem non habet, quae Una est, Catholica, et Apostolica, qui non sunt uno visibili Capiti Romano Pontifici, qui est Pater Patrum, et Pastor Pastorum, cui in Beato Petro Apostolorum Principe, et agni, et oves Christi sunt creditae, et cui a Domino mandatum est, ut fratres suos Episcopos confirmet. Recte igitur et prudenter, et pie Venerabilis Metropolita Vester, et Vos, et Collegae vestri facitis, quo veritatem Ecclesiae Catholicae, extra quam non est salus, tanto studio appetistis, et ex tam longinquis Regionibus huc ad Sacra Apostolica limina venistis, ut Beati Petri legitimo successori, vero in terris Christi Vicario, debitam obedientiam praestaretis, et veteribus in fide erroribus reiectis incorruptae fidei integritatem ab eo reciperetis. Ergo, quia corde creditur ad iustiłiam, ore autem fit confessio ad salutem, agite Venerabiles Episcopi, implete gaudium Sanctitatis Suae, et huius sacri, atque amplissimi Collegii, et fidei professionem iam facite. Paratus est Sanctissimus D. N. paterna benignitate Vos, et Metropolitatum Vestrum, et Episcopos vestros, et Nationem Vestram Ruthenam aperto charitatis sinu ad communionem admittere, et obedientiam vestram, una cum his venerabilibus fratribus suis Romanae Ecclesiae Cardinalibus recipere, speratque Sanctitas Sua in eo, qui potens est, et facit mirabilia magna, solus a saeculo, quod exemplum fidei vestrae alios etiam ad salutarem emulationem provocabit, ut et ipsi depulsis tenebris lumen quaerant, sectentur unitatem, et pacem, et fiat unum ovile, et unus Pastor, etc.

153.

Roma, 30. XII. 1595.

De unione Ecclesiae Ruthenae cum Sancta Romana Ecclesia.

BIBL. VAT., *Capponiani*, vol. 29, fol. 306-06v, 307v.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 98, nr. 547.

Di Roma, li 30 Decembre 1595.

Li doi Vescovi Rutheni essendo comparsi nella congregatione gene-

+

I - XVIII

1458

Articuli quorum conditionem petimus a D.D.
Romanis, prius q. accedamus ad unionem
Romanæ Ecclæ.

Cum inter Romanæ et Græcæ religionis homines de processione Spûs Sancti non:
lentia sit quæ unionem plurimum impediat, ut non aliam penè ob causam quàm quòd
mutuò inter nos intelligi nolimus, postulamus ni ad aliam confessionem astringamur,
sed cum sequentibus quæ in Evangelio et Sanctorum Patrum religionis Græcæ scri:
pta traditam habemus, nimirum Spûm Sctum non ex duobus principijs nec du:
plici processione, sed ex uno principio. uelut ex fonte et per unum filium pro:
cedere:

Cultus divinus et orationes ores matutinæ, vespertinæ et nocturnæ ut nobis in:
tegra constent, integrè morem et consuetudinem receptam Orientalis Ecclæ; no:
minatim uerò Liturgiæ tres Basilii, Chrisostomi, et Epiphanii quæ fit
tempore quadragesimali cum præsanctificatis donis: alijq; ritus et Cæremonias
omnes Ecclæ meæ, quibus hucusq; usi sumus, siquidem et Romæ sub obe:
dientia Summi Pontificis idem observantur. utq; hæc oia idiomate meo peragamus.

Sacramenta Sanctissimi Corporis et sanguinis Dñi nri Jesu Christi, ut nobis
quemadmodum hucusq; usi illis sumus, sub utraq; spe panis et uini pera:
ctis temporibus integrè immolabilibusq; conficiantur.

Sacramentum Baptismi et forma illius ut integrè prout in hunc usq; diem
usurpatur à nobis, sine omni additamento nobis constet.

De Purgatorio nullam hîtem mouemus sed nolumus deseri ab Ecclia sua.

Calendarium novum si secundum motum antiquum fieri non possit simpliciter:
mus; ea tamen conditione, ut ordo et modus celebrandi Paschatis, atq; festa
nostra, quemadmodum durante concordia illis utebamur, integra ac immu:
tata nobis constent et maneant. Habemus enim nonnulla festa peculiaria, quib;

miraiombus huiusmodi quisq; admittatur. magna enim hinc haud dubiè mala Castores et populos sequerentur confusio.

Nos igitur infrascripti unionem hanc sanctam pro gloriâ Dei et pace Ecclesiæ volentes sequi primos prædictos articulos quos pertractavimus nobis cum Ecclesiâ nostrâ esse firmos, confirmarique à Summo Pontifice ac sacrum Concilium oportere, pro munere fidei tradimus scripto hoc primi Venerabilis Patres nostri Dominus Isaias Boecii Protothronus Episcopus Vladimiriensis, Brestensis, et Cyrillo Terlecyski Exarcha Episcopo Luceoriensi, Ostrosiensis, ut confirmationem eorundem à Summo Pontifice atque Rege nostro et suo ipsorum nomine efflagitent. quâ recepta fide, sacramentis et Cæremoniis nostris, tanto securius et sine ullo conscientiæ omnium nobis summis sacrum præindicio, ad sanctam hanc unionem cum Ecclesiâ Romana accedamus. utque et alii sancta hæc omnia nobis manere videamus tanto et ipsi libentius sequantur nostra vestigia. Datæ Anno Dñi 1595 die 2a Junii ingressi Calendarium veteris.

Archiel Metropolita Kiovien. et Halicien. manu propria.

Ipatius Episcopus Vladimirien. et Breskensis propria manu.

Cyrillus Terlecyki Dei gra Exarcha, Epus Luceorien. et Ostrosien. propria manu.

Leontius Pelczycius gra Dei Epus Pinscensis Turowiensis

Joannes Nohel Archimandrita Cobrinen. Ecclesiæ Sti Salvatoris propria manu subscripsit.

rale de Cardinali, che si fece sabbato[216] doppo pranzo inanzi al Papa nella sala di Constantino, presentorno a Sua Santità lettere del loro Metropolitano et di dieci altri Vescovi della provincia della Rossia, scritte in lingua Rutena et latina, le quali contengono, che essi insieme con li suddetti Vescovi havendo l'anno passato fatto un Sinodo provinciale, si accorsero delli errori circa la fede, ne quali si era vissuto et viveva ancora doppo che il clero e popoli di quella provincia si erano separati dalla Chiesa latina, che sono circa 150 anni et che pertanto in detta Sinodo era stata fatta risolutione di mandarli a nome di tutti per trattare la riunione con la Chiesa Cattolica et Apostolica della quale ne è capo il Pontefice Romano, cognoscendo, che senza quella nessuno può salvarsi. Et essi Vescovi fatta, che hebbero, tale instanza, fu risposto loro in latino dal Sig. Silvio Antoniano, Maestro di Camera et segretario segreto del Papa, a nome di Sua Beatitudine, dicendoli come haveva ella sentito somma allegrezza di così grande et singolare benefitio di Dio verso essi et la loro natione et gli addusse alquanti essempii, uno de quali fu, che un pampino o sarmento separato dalla vite non può portare alcun frutto, et che finalmente non ha da sperare di potere godere la glolria celeste, chi non conosce la Chiesa madre, che è una sola Cattolica et Apostolica, sotto un visibile capo Pontefice Romano, pastore delli pastori, perilchè il Metropolitano et essi Vescovi et li loro compagni havevano fatto prudentemente et piamente di desiderare l'Unione con la Chiesa Cattolica et di essere venuti da così lontani paesi a visitare limina Apostolorum, acciochè prestassero la debita obedienza al legittimo successore di Pietro et vero Vicario di Christo in terra et che scacciati li inveterati errori (f. 306v) ricevessero da quello l'integrità della incorrotta fede, adempissero adunque l'allegrezza di Sua Santità et di questo Sacro et amplissimo Collegio de Cardinali et facessero alhora la professione della fede, essendo Sua Beatitudine parata con benignità paterna insieme con il suoi fratelli Cardinali della Santa Romana Chiesa di admettere alla communione essi et il loro Metropolitano et li X Vescovi et la loro natione Ruthena et di ricevere la loro obedienza, sperando Sua Santità in Dio, che l'esempio della loro fede fusse anco per provocare altri della salutare emulatione acciochè et essi, scacciate le tenebre, cercassero la luce, seguitassero l'Unione e pace et fiat unum ovile et unus pastor. Finalmente essi Vescovi detestorno li loro errori et fecero la loro professione della fede alla presenza del Papa e del Sacro Collegio con le ceremonie consuete et ne fu rogato instrumento publico secondo è solito farsi in tal atto.

---

[216] Die 23 decembris 1595; cfr. sub die 23 decembris documenta, quae seriem actorum describunt.

. . .

(f. 307v)...

Li Vescovi Rutheni hebbero luogo nella Cappella che si fece sabbato la vigilia di Natale, sedendo appresso alli Vescovi assistenti.[217]

154.

Romae, 30. XII. 1595.

Clemens VIII Sigismundum Regem de conclusa Unione Ecclesiae Ruthenae cum Ecclesia Romana deque professione fidei ab Episcopis ruthenis praestata certiorem facit.

ASV, *Epist. ad Principes*, vol. 27, vol. 366v-367r.
THEINER A., *Vet., Mon. Poloniae et Lithuaniae*, vol. III, pag. 232, nr. 184.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 244, nr. 133.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae
et Sueciae Regi Illustri

CLEMENS PAPA VIII-us. Carissime in Christo fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem.

Magnum divinae misericordiae fructum cepimus sabato die vigesima tertia huius mensis Decembris, quae duplici ieiunio, quattuor anni temporum et vigilia Natalis Christi Domini insignis erat. Etenim sacrum et amplissimum Collegium fratrum nostrorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium convocavimus et multis praeterea Episcopis, et Prelatis, viris domesticis praesentibus, publice admisimus duos Venerabiles fratres Episcopos ruthenos, Hypatium et Cyrillum, qui suo et Metropolitani sui, ac coepiscoporum provincialium nomine, suppliciter a nobis petierunt, ut eos ad unitatem Ecclesiae Catholicae Romanae receperimus. Itaque cum fidem catholicam rite professi essent, et nobis qui beati Petri locum et sedem, quamvis immeriti, tenemus, debitam obedientiam praestiterunt, omnia denique recte, et ordine acta essent, ipsos praesentes, et caeteros absentes, in spiritu caritatis, et Unionis Sanctae complexi sumus, ad Dei laudem, et gloriam et Ecclesiae Sanctae exaltationem fideique catholicae incrementum. Haec autem omnia copiosius exponit Maiestati Tuae Venerabilis frater Episcopus Sancti Severi, Nuntius noster Apostolicus. Nos interea, fili carissime, gaudium nostrum tecum communicamus tibique gratulamur, qui eosdem ruthenos Episcopos, et totum hoc pium, et salu-

---

[217] Die 24 decembris 1595, in vesperis Nativitatis, quando adlecti fuerunt inter episcopos Assistentes throno Pontificis. Cfr. sub nr. 146 et sub nr. 147.

tare negotium magno pietatis affectu, nobis per literas commendasti. Nihil nobis iucundius, nihil optatius est, quam animas in Christo lucrari, et illius aberrantes oves, quae nobis sunt creditae, ad ovile reducere, eius gratia celesti adiurtice, in qua confidimus, quod his seminibus incrementum dabit, et alios in tenebris degentes excitabit, et sua luce perfundet, ut nostrum et tuum, et bonorum omnium gaudium, ob multorum conversionem, tanto cumulatius sit, et vehementius augeatur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XXX Decembris MDXCV, Pontificatus Nostri Anno quarto.

155.

Roma, 31, XII. 1595.

Conclusio Unionis Romae, 23 decembr., secundum nuntium ex Secretaria Status emanatum.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 18, fol. 282r.

Arrivò hieri il Corriere con le lettere di V. S. de XIIII et con la lunga cifra...

Questi Rutheni fecero hoggi à otto l'atto loro della Unione solennissima,[218] come V. S. sarà avvisata, et io ne scrivo alla Maestà del Re, come fosse si farà anco d'ordine di S. B. con Breve, se la indispositione non lo vieta.[219] Ad essi Rutheni si farà sapere ciò ch'ella scrive in questa ultima sua, et si consoleranno senza dubio, come doverà rimanere consolata S. Maestà, che à suoi tempi si sia determinata un opera di tante conseguenze, la quale hà forse d'aprire con la divina gratia adito à maggiori beni...

Di Roma, li ultimo Dicembre 1595.

156.

Varsavia, 1596.

Opinio, videtur, Nuntii Varsaviensis de utilitate legationis Card. Gaetani in Polonia,. Cardinalis debet tractare: « cum omnibus Ordinibus » et cum « ordine ecclesiastico » in specie.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 89 D, fol. 22r.

. . .

Nel secondo atto con l'ordine Ecclesiastico si deve trattare ...3. Delli Rutheni... 6. De Vescovo di Chiovia...

---

[218] Cfr. sub dat. 23 decembris 1595; cfr. documentum nr. 142;

[219] Cfr. supra sub nr. 154, de dat. 30 decembris.

157.

Roma, 13. VII. 1595 - 11. IX. 1597.

Negotia Ecclesiae Ruthenae Unitae secundum adnotationes audientiarum Cardinalis S. Severinae (Santorio) cum Papa Clermente VIII, commorationem Episcoporum Ruthenorum Romae, nec non Unionem Berestensem illustrantia.

ASV, *Armarium LII*, vol. 21: Card. S. Severinae, Audientiae ann. 1595-97, fol. 78r-330v.

Fol. 78rv.

Giovedi Matina, 13 di Luglio, dopo Congregatione 1595.

Di Pietro Arcudi, alunno del Collegio Greco et tanto benemerito, per ottenerla da N. Signore, che le dia una pensione sopra il Convento di Palentia, havendo da andare in Russia, chiamato dal Vescovo di Luceoria, etc.

R.: che lo vuol provedere.

Fol. 138r.

Con Nostro Signore, giovedi XI di Gennaio 1596. Dopo la congregatione.

Del memoriale delli Vescovi Rutheni, nel quale fanno molte dimande, che haveranno a parlare a S. Santità, etc.[220]

R.: che non hanno havuta ancora audientia, ma che l'haveranno.

Fol. 139rv.

Con la S. di N. S., giovedi 18 di genn. 1596, dopo l'hore 21 per l'impedimento della Cappella la mattina.

Delli Vescovi Rutheni, che questa mattina mi hanno dato un memoriale ch'io sollecitasse l'audientia appresso S. Santità per molte cause loro, e scritte pro di la et hor hora non hanno il memoriale di tutte le cose loro, e che domandano per Sua Santità tal che sopra di esse si può ordinare e fare la espeditione loro di Brevi, e di lettere, e così glielo diedi.

R.: S. Santità si scusò dell'audientia non data per la indispositione sua di podagra et per le occupationi publiche di Polonia et Ungheria, et che la darrà, etc. et prese il memoriale.[221]

Fol. 142rv.

Con N. Signore, giovedi matina, XXI di gennaro, dopo la congregatione 1596.

---

[220] Episcopi expeditionem petiverunt, sed ob sat frequentem morbum Clementis VIII res non potuit tam facile exaudiri etiam ob alia negotia. Cfr. documentum sub nr. 158, ex quo patet clarissime status impossibilitatis.

[221] Eodem die Sua Sanctitas fuit decumbens in lectu.

Dei Vescovi Rutheni che fanno instanza per l'audientia di Sua Santità.

R.: che per la infermità non ha poptuto, ma che gliela darrà.

Fol. 144r.

Con N. Signore, giovedi primo di febbraio 1596. Dopo la congregatione.

Delli Vescovi Rutheni, et loro espeditione, et della partita, de quali si e parlato in Congregatione, etc.

Et de Don Pietro Arcudi del Collegio Greco, che non vorrebbe andare in Russia per molte cause,[222] etc.

R.: che per servitio di Dio et instrutione de Ruteni debbia andare.

Fol. 145-146v.

Con Nostro Signore, giovedi 8 di Febraro, dopo la Congregatione 1596.

Del memoriale dei Vescovi Rutheni per la stampa delle tavole del calendario in lingua serviana,[223] nella quale mancano alcuni caratteri, se le ne vi sono le matri et li polzoni, che si facesse gettare dal Basa che non lo vuole fare senza incassà per essi Ruteni, che dura mille e duecento anni.

R.: se vi andava molta spesa, che pochissima. Si consenta ch'io l'ordini a Mons. Thesoriero, come feci venerdi 9 di questo, nella Cappella della casa nat.ze di B. S.

Fol. 157rv.

Con Nostro Signore, giovedi 14 marzo 1596.

Di Pietro Pothiey, Ruteno, studente per l'assignatione del vitto per lui e per il servitore...[224] (*reliqua pars illegibibis*).

Fol. 319-320r.

Con Nostro Signore, giovedi 3 di Luglio dopo la Congregatione 1597.

Dare la scrittura mandata dai Vescovi Ruteni e presentare a S. Santità dal Sign. Cardinale Caetano,[225] e data a me per tradurla, etc., che si è tradotta ma vi mancano le lettere della obedienza e professione della fede fatta nella Sinodo Provinciale di Breste, che dicono lettere date alli delegati Vescovi latini che per S. Santità intervennero in quella Sinodo, etc.

R.: che vi sono e le farà cercare e darrà.

---

[222] Petrus Arcudi tandem persuasus fuit, ut veniret in Russiam iam secunda vice, ubi usque ad annum 1609 permansit.

[223] Forsan agitur de characteribus illyricis. Ut videtur, programma Kalendarii factum fuit Romae.

[224] Filius Hypatii Potij, qui permasit Romae usque ad annum 1603. De eius ulteriori sorte tamen non nobis constat.

[225] Erat Legatus Pontificis in Regno Poloniae anno 1595-6 et documentum ratificationis accepit e manibus Hierarchiae Ruthenae Varsaviae, die 30 octobris 1596, sub nr. 244.

Fol. 329-330v.

(... *Lunedi XI di settembre 1597, in Conc.ro a M. Caval.*

(Ringratiare S. Santità della pensione data a don Pietro Arcudi residente in Polonia) (textus deletus) e della provisione che S. Santità assignò a Pietro Arcudi che si degnasse ordinare che li sia pagata, acciò se possa continuare in questo servitio, e che si faccia quel Collegio o Seminario in quelle parti per i Ruteni, e con l'effetto dopo tanto, etc.[226]

R.: che lo farrà, et ch'io ricordi all'Card. San Giorgio, come all'hora feci et me lo pregai.

158.

Roma, XI. 1595 - II. 1596.

Diarium alicuius domestici Cardin. Aldobrandini (=Clementis VIII) ubi notantur res spectantes salutem, activitatem Papae, nec non solemnitates principaliores et tempora. Ex hoc Diario (constat 3-us voluminibus) seligimus periodum commorationis Episcoporum Ruthenorum Romae annis 1595-1596, ut melius eorum commorationem Romanam intelligamus.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. IV, vol. 145 B, fol. 28r-33r.: Pars III: 1594.-1604

NOVEMBRE 1595. CLEM. VIII. an. 4. (f. 28r)

Mercoledi 1-o. S. Santità disse Messa... buon giornata.[227]

Giovedi 2. S. S. disse Messa a bon hora, poi andó a Capella... bon giornata.

Venerdi 3. S. S. detta Messa, audientia ordinaria; bon giornata.

Sabato 4. Fù capella per l'esequie de Cardinali; bon giornata.

Dominica 5. S. S. comunica la famiglia; p-a domen.; bon giornata.

Lunedi 6. S. S. parte di palazzo alle 12 per andar alle 7 Chiese... cenò alle 3 hore di notte; bon giornata.

Martedi 7. Fù signatura doppo audientia; bon giornata.

Mercoledi 8. Fù consistoro; bon giornata.

Giovedi 9. Fù Congr. dell'Inquisitione, doppo desinare fù essamine de Vescovi, un frate, et il brancadio; bon giornata, noct. seg. pioggia.

---

[226] Cfr. de erectione Seminarii istius opus R.R. Holowackyj, OSBM, *Seminarium Vilnense SS. Trinitatis* (1601-1621), Romae 1957, passim.

[227] Optimae adnotationes cuiusdam Camerarii Clementis PP. VIII, quas in nostro volumine posuimus ad illustrandam commorationem Episcoporum Ruthenorum Romae. Ex his adnotationibus tum de conditionibus temporis tum de statu valetudinis Pontificis et de agenda Curiae Romanae notitias habemus.

Venerdi 10. Audientia ordinaria; bon giornata, la mattina pioggia.
Sabato 11. San Martino. Aud. ordinaria; bon giornata.
Dominica 12. Venne per audienza il vescovo Polacco; bon giornata.
Lunedi 13. Fù consistoro; bon giornata, n. s. pioggia.
Martedi 14. Fù signatura; bon giornata, n.s. nivolo e pioggia.
Mercordi 15. Io andai a Roma... tornamo tardi con pioggia, bene tuoni et relampeggi, et nocte seg. ancor gran pioggia.[228]
Giovedi 16. Fù congr. dell'Inquisitione; et doppo desinar essamine di Vescovi d'Alissoria et Catania; g. varia.
Venerdi 17. S. S. detta la Messa, audientia ordinaria coll'Ambasciatori; poi desinar dette audientia alli vescovi pollachi, et a Mons. Biron; g. varia, pioggia.
Sabato 18. Dedicatio Basilicae S. Petri. S. S. andò a dir Messa all'altar grande di S. Pietro...; g. varia, pioginosa, la sera pioggia, n.s. pioggia assai.
Dominica 19. Giornata varia; bona.
Lunedi 20. Fù consitoro; b.g.n.s. freddo.
Martedi 21. Buon giornata.
Mercordi 22. S. S. detta la Messa aud. ordinaria; bon giornata.
Giovedi 23. Fù Congregaz. dell'Inquisitione; g. varia, bona, fresca.
Venerdi 24. Vigilia di S. Catarina; bon giornata, varia.
Sabato 25. S. S. detta la Messa, audientia ordinaria, et la sera; bon giornata, varia, s. pioggia.
Dominica 26. Bon giornata.
Lunedi 27. Fù consistoro; S. S.... bon giornata, n.s. vento.
Martedi 28. Fù Signatura; la matina bon giornata; varia.
Mercordi 29. S. S. detta la Messa, audientia ordinaria; la sera si mise a letto, senza far collitione; bon giornata.
Giovedi 30. S. Andrea, fu predica in sala Constantini... Congr. dell'Inquisitione; bon giornata, n. s. humida pioggina.

DICEMBRE 1595. CLEMENTE VIII, AN. 4. (f. 29)

Venerdi 1. S. S. detta la Messa, audientia oridnaria; bon giornata.
Sabato 2. Audientia ordinaria...; bon giornata.
Dominica 3. S. S. detta la Messa andò in Capella per 1-a Adv. bon giornata.
Lunedi 4. ... Fù consistoro, et dopo desinare Congr. d'Ungheria. bon

---

[228] Hac die, sat adversa, Episcopi Legati — Potij et Terleckyj — in Urbem venerunt.

giornata; la sera S. S. dete audientia publica, poi stete alli 40 ore da un hora di notte, sino alle 2 passate.

Martedi 5. Fù signatura... g. varia, con pioggia bene, et nocte seg. ancora assai pioggia.

Mercordi 6. Fù predica doppo la qual S. S. andò abasso in S. Pietro accompagnato da Cardinali e dar gratia al S. Dio per le bone nove del Transilvano con Turchi et Sina bassa.

Giovedi 7. Fù Congr. dell'Inquis... essamine dei Vescovi... bon giornata.

Venerdi 8. Disse Messa et communica la famiglia, dete audientia; bon giornata, n.s. humida.

Sabato 9. L'aud. ordinaria; bon giornata seg.te io non dormissi mai.

Dominica 10. Fù capella. S. S. v'andò; g. varia, bon, humida.

Lunedi 11. Fù consistoro... Francia... (Mons. Buron), bon giornata, n.s. pioggia.

Martedi 12. Fù signatura; giornata varia con pioggia; n.s. pioggia assai.

Mercordi 13. Fù predica in sala Constantini solita; g. varia. S. S. a sera si messe a letto senza cena; n.s. toni e pioggia.

Giovedi 14. S. S. restò a letto; si disse Messa in camera et poi fu Congr. dell'Inquis.; giornata varia con pioggia, assai grandinella.

Venerdi 15. S. S. restò a letto; giornata varia.

Sabato 16. S. S. restò a letto; giornata bon.

Dominica 17. S. S. restò a letto, meglio; bon giornata.

Lunedi 18. S. S. restò a letto, meglio; desinò tardi et cenò.
Hoggi sono compiuti 40 anni ch'entrai a servir la bo.me. del Sign. Silvestro Aldobrandini, padre di S. S. alla corte del Card. Carappa, al tempo di PP. Paulo 4, dell'anno 1555, alli 18 dicembre.

Martedi 19. S. S. restò a letto, meglio; bon giornata.

Mercordi 20. S. S. senti Messa levato da letto, desinò la sera nel letto, fece la vigilia; bon giornata.

Giovedi 21. S. S. senti Messa nel camerino, et si venne a communicar in cappella, stete levato, et fece congr. dell'Inquis.; bon giornata.

Venerdi 22. S. S. sentì Messa nel Camerino, come di sopra, la sera disse le letanie in Capella; bon giornata.

Sabato 23. S. S. sentì Messa nel Camerino, dete audienza all'officiali (*additum*: Ruteni). Doppo desinare fù Congr. de Cardinali in sala Constantina.[229]

Dominica 24. S. S. disse la Messa nella Capelletta, et dopo desinar al vespro abasso in S. Pietro si fece portar ch'ancor era un poco debole

---

[229] Dies professionis fidei catholicae Episcoporum Ruthenorum.

de piedi; g. varia... Gio. Taddaei, Elemosinario more. Tornato da vespro S. S. si messe a letto a riposare, et a 5 hore di notte cosi a letto fece collitione.

Lunedi 25. Natale. S. S. non si levò da letto, et sentì tre Messe in Camera per dolore calato in un gienochio il sinistro. Si cantò il vespro nella sala avanti la capella. Io mi levai a 12 hore, et alle 14 andai a S. Pietro a sentir le tre Messe; bon giornata.

Mertedi 26. S. S. restò a letto; g. varia, bona, n.s. pioggia.

Mercordi 27. S. S. restò a letto, meglio; g. varia.

Giovedi 28. S. S. restò a letto, meglio; et così fece dopo desinar Congr. dell'Inquis.; bon giornata.

Venerdi 29. S. S. si levò a desinar; la sera fece collitione a letto; bon giornata, varia.

Sabato 30. S. S. stete levata, sentì Messa nel camerino, et dette audientia all'officiali, et doppo desinar al Camer. gioiosa, fù capella per l'esequie di PP. Innocentio; venne nova della morte della Regina d'Inghilterra. Piace a Dio di servitio di S. Santità fede. G. nivolosa, n.s. pioggia.

Dominica 31. S. S. levato sentì Messa nel camerino, et tardi andò al vespro a Capella; more il Card. Savnero; bon giornata.
Et sic finis anni 1595.

GENNARO 1596. CLMEN. VIII, ANNO 4. (f. 31 v.)

Lunedi 1. S. S. disse la Messa a bon hora, poi andò a capella; a hora di desinar venero li musici de capella de pifari di Castello a far musica; bon giornata; varia, n.s. pioggia.

Martedi 2. S. S. disse la Messa, stando meglio; al tardi dete audientia publica; gio. varia con pioggia, n.s. pioggia.

Mercordi 3. S. S. detta la Messa, dete audientia ordinaria all'officiali; al tardi hebbe audientia Mons. Buron. g. varia, bon.

Giovedi 4. Fù congr. dell'Inquis.; g. nivolosa, varia.

Venerdi 5. S. S. detta la Messa dete audientia all'Ambasciatori... bon giornata.

Sabato 6. Epifania. S. S. disse la Messa a bon hora, poi se n'andò a capella in S. Pietro; g. varia, pioggia, n.s. pioggia.

Dominica 7. S. S. communicò la famiglia, et dopo desinare al tardi venne da S. S. la moglie del Sign. Marchese Peretti con la Signora Camilla, et la madre, et famiglia; g. varia, nivolosa.

Lunedi 8. Fù consistoro; al tardi S. S. dette audientia publica; bon giornata.

Martedi 9. Fu signatura. Al tardi S.S. dette audientia in galeria... bon giornata.

Mercordi 10. Audientia all'officiali... bon giornata.

Giovedi 11. Fu congr. dell'Inquis. S. S. desinò alle stanze della galeria; bon giornata.[230]

Venerdi 12. Audientia all'Ambasciatori. Doppo desinar in galeria aud. a Mons. Buron, et all'Ambasciator di Venetia; g. varia; la sera pioggia, n.s. pioggia.

Sabato 13. S. S. detta la Messa l'aud. ord., gio. varia, n.s. pioggia.

Dominica 14. Bon giornata... fu Congr. di Ungheria...

Lunedi 15. Fù consistoro; S. S. si doleva un poco d'un piede; bon giornata.

Martedi 16. S. S. restò a letto et si fece la signatura in camera inanzi S. S.; bon giornata, n.s. sereno freddo.

Mercordi 17. S. S. restò a letto, dete audientia all'officiali; bon giornata.

Giovedi 18. Cathedra S. Pietri; fù capella. S. S. restò a letto, et doppo desinare fù congr. dell'Inquis. bon giornata.[231]

Venerdi 19. S. S. restò a letto; bon giornata, fredda.

Sabato 20. S. S. restò a letto; g. varia, bona.

Domenica 21. S. S. restò a letto; bon giornata.[232]

Luneci 22. S. S. restò a letto; bon giornata.

Martedi 24. S. S. restò a letto; bon giornata.

Mercordi 24. S. S. si levò da letto, senti Messa levato, dete audientia all'officiali; bon giornata.

Giovedi 25. S. S. sentì Messa nel camerino, poi fu congr. dell'Inquis... bellissima giornata.

Venerdi 26. S. S. sentì la Messa nel camerino, dete audientia all'Ambabasciatori... bon giornata.

Sabato 27. S. S. disse la Messa, poi audientia ordinaria; giornata varia, pioggia, tuoni.

Domenica 28. S. S. disse Messa, doppo la quale benedisse la testa d'argento di San Damaso...; bon giornata.

Lunedi 29. Fù consistoro, giornata varia, nivolosa, la sera pioggina, n.s. pioggia, vento.

Martedi 30. La capella per la creatione: ad multos annos... giornata varia, assai pioggia, n.s. pioggia, vento.

---

[230] Hac die Episcopi Rutheni primam instantiam fecerunt de eorum expeditione et reditu; cfr. ex adnotationibus documenti sub nr. 157.

[231] Idem — secunda instantia; cfr. nr. 157.

[232] Idem — alia instantia; cfr. nr. 157.

Mercordi 31. S. S. prese il mel rosato solutivo et desinò levato, et tutto il giorno audientia; g. varia, con pioggia, grandinella.

FEBRARO 1596. CLEMEN. VIII. ANNO 5. (32 32v.)

Giovedi 1. Congr. dell'Inquis., doppo desinar esamine de vescovi,[233] Mons. Minutio; g. varia, humida, la sera pioggia, n.s. vento, pioggia, tuoni.

Venerdi 2. La candelara. S. S. disse Messa... et poi andò a Capella et fece distributione delle candele; g. varia, vento, pioggia, tuoni, n.s. vento.

Sabato 3. S. S. disse Messa a bon hora dete audientia ordinaria; giornata nivolosa et con pioggia, n.s. pioggia.

Dominica 4. S. S. fece la SS.ma communione alla famiglia; giornata pioggiosa, n.s. ancor.

Lunedi 5. Aud. al Card. Paleotto. La sera aud. publica per la signatura; giornata nivolosa, pioggia, bene n.s. pioggia.

Martedi 6. Fù signatura; g. varia, con qualche pioggia, n.s. sereno.

Mercordi 7. Fù concistoro, visita N. S. Giovanni Bardi. Nel letto a podagra; g. varia con sole e pioggia.

Giovedi 8. S. S. disse Messa, bon hora fù congr. dell'Inquis. dopo desinar esami de vescovi; bon giornata, senza pioggia, n.s. pioggia.[234]

Venerdi 9. S. S. disse la Messa a bon hora, et fù capella per la coronatione anno V-o: per multos annos; giornata varia, con pioggia, et n.s. pioggia.

Sabato 10. S. S. disse Messa a bon hora... g. varia, sole et pioggia, n.s. sereno freddo.

Dominica 11. S. S. desinò alle stanze della galeria et dopo desinar uscì per belveder et cavalcò intorno sino a porta S. Pancratio et S. andò a S. Giovanni Laterano a spasso. Bon giornata.

Lunedi 12. Fù concistoro... bon giornata.

Martedi 13. Fù signatura... bon giornata.

Mercordi 14. Mi partì di Roma, et andai inanzi per il viaggio di Nettuno; alloggiamo la notte alla Riccia da Mons. Sabello.

Etc. (*usque ad annum 1604*).

159.

Polonia, 1595.

Opus satyricum alicuius Poloni in negotium ligae christianae contra Turcas, annis 1595-1597.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, voo. 89 B, fol. 123r.

---

[233] Cfr. documentum sub nr. 157.

[234] Cfr. documentum sub nr. 157.

Supplementum eiusdem V. S. Archiepiscopi Gnesnen. [235]

Diu apparandum est bellum:

Utile
Honestum } est: si adest efficiendi facultas.
Necessarium

Numi
Milites } non desunt hosti.
Duces

Ratio certa
Via facilis
Annona non difficilis
Praeda ingens } apparet in aëre.
Gloria immortalis
Victoria haud dubia

Ut vincas celerius !

Graecia monet: Ne in spem externorum auxiliorum irritemus potentiorem.
Hungaria petit: — Dum desperat.
Germania dat: — Verba.
Italia promittit: — Non multum praestat.
Polonia deliberat: — Consulto.
Veneti expectant: — Sero sapiunt Phryges.
Hispania vult: — Galliam occupare.
Gallia non impedit: — Turcarum conatus.
Anglia cavet: — Ne catholicis cedat victoria.
In medio est Hollandia: — Inutilis.
Hibernia festinat: — Ad confoederationem.
Scotia non moratur: — Contra Hispanum.
Dania consentit: — Ad pocula in otio exhaurienda.
Suetia non recusat: — Pacem cum Mosco.
Et alia multa in principibus christianis exprobranda.

---

[235] Hanc optimam characteristicam circumstantiarum politicarum in Polonia et in tota Europa hic posuimus, ad illustrandam Unionem s.d. Berestensem eiusque praeparationem.

160.

Anno 1595.

Ignotus quidam de religione Russorum et Ruthenorum; de episcopis Ruthenis, qui in sinum Ecclesiae Catholicae accedunt.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, 67 A, fol. 163-165.
« *Anacleta OSBM* », vol. I, Romae 1950, pag. 368-370.

Roxolanorum, qui nunc Russi appellantur,[236] antiquissimam in Sarmatia septentrionali fuisse gentem nemo ambigit, cum et veteribus minime fuerit ignota. Ptolomeus autem, et C. Plinius Roxolanos populos in Sarmatia ad latus Maeotidis collocat, et Cornelius Tacitus Ottonis Silvii, qui octavus post C. Iulium Caesarem apud Romanos imperavit, tempora persequens scribit Roxolanos Sarmaticam gentem, caesis duabus cohortibus Romanorum ad Moesiam irrupisse. Regionis ea amplitudo est, ut quidquid terrarum est intra sinum Venedicum, Livoniam, Suetiam, Oceanum glatialem, Rha sive Volgam, Maeotim, Mare Ponticum, Sarmaticos montes, Poloniam, Lithuaniam, Samogitiam contineat.

Religio Russis, ut quidem fere omnibus gentibus, post maximum illud universae terrae diluvium, cultus falsorum deorum fuit, quo fallatia et astu demonum usque ad Volodimiri Ducis tempora,[237] qui totius Russiae gubernacula susceperat, detinebantur. Hic Volodimirus, imperantibus apud Graecos Basilio et Constantino fratribus, quorum et sororem in matrimonium duxerat, christianam religionem et ritus ecclesiasticos ab Ecclesia Orientali, praecipue vero a Constantinopolitano Patriarcha, post nongentesimum octogesismum annum a Christo nato, quemadmodum illorum annales testantur, suscepit. Dux idem Volodimirus erexit et dotavit sedem metropolitanam Chioviae, quae caput et metropolis erat totius Russiae: in aliis autem urbibus episcopos viginti a (fol. 163v) Patriarcha Constantinopolitano initiatos collocavit, ex quo manifese liquet Russos ab initio suscepti Evangelii schismatis labe a Graecis infectos fuisse.

Porro Volodimiri successores, cum multa bella cum Polonis gessissent, tandem saepius a Polonis profligati, complures provincias Rus-

---

[236] Roxolani alias Rutheni seu Russi eandem rem significat; Russia hodierna tunc temporis venit sub nomine Moscovia. Scriptum hoc exaratum fuit verosimiliter ab Episcopo Hypatio Potij, Legato Hierarchiae Ruthenae Romam, ad fidem catholicam profitendam et Unionem Ecclesiae Ruthenae cum Sede Romana stabiliendam. Necessarium erat, ut exacta notitia haberetur de Ruthenis in Curia Romana.

[237] Volodimirus s.d. Magnus principatum Kioviensem tenuit annis 978-1015.

siae, et ipsam Metropolim Chioviam a Polonis occupatam, amisere; quibus usque ad haec tempora potiuntur.[238] Reliqua vero Russiae pars Moschorum dominio cessit, quibus nunc etiam est dubiecta. Russia, quae Regni Poloniae est, indulgentia regum, ritus et caeremonias Ecclesiae Orientalis semper usque ad haec nostra tempora retinuit; illorumque Metropolita Chioviensis, Haliciensis et totius Russiae, et illius Metropoliae Episcopi sub obedientia Patriarchae Constantinopolitani, qui et Metropolitam consecrabat, fuerunt. Episcopos vero illius Metropoliae, Metropolitae absque ullo consensu Patriarchae requisito, iure antiquitus a Patriarchis ex privilegio concesso, semper licuit consecrare, sed non sine auctoritate Ducum Russiae, ac demum Regum Poloniae, qui ius nominationis ad Episcopatus pro more et consuetudine regionis hucusque retinuerunt, Sunt autem in praesentia in Metropolia Chioviensi septem graeci ritus Episcopi, nimirum Prototronion Episcopus Volodimiriensis et Brestensis. Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis, Episcopus Polocensis et Vitebscensis, Episcopus Pinscensis et Turoviensis, Episcopus Premisliensis (fol. 164) et Samboriensis, Episcopus Helmensis et Belzensis, Episcopus Leopoliensis et Camenecensis, Suffraganeus Metropolitani Chioviensis, sub quorum Episcoporum iuridisdictione sunt fere undecim millia ecclesiae, in quibus officia ritu graeco peraguntur, ultra illas quas haeretici spoliaverunt. In Russia porro, quae est sub ditione Moschorum, sunt reliqui Episcopi huius Metropoliae Chioviensis, qui ante paucos annos privilegium a Patriarcha Constantinopolitano impetrarunt,[239] ut ob continua bella, quae erant inter Polonos et Moschos, potius ab homine suae nationis quam a Metropolita Chioviensi consecrarentur, eoque nomine obtinuerunt a Patriarcha Metropolitanum totius Moschoviae. Quae vero fuerit dignitas in Ecclesia Orientali metropoliae Chioviensis, vel ex hoc colligere licet, quod Ioannes Paleologus, Constantinopolitanus imperator, cum ab Eugenio IV fuisset in Italiam evocatus, ut simul de Ecclesiae Romanae et Orientalis concordia transigerent, eduxit secum viros ecclesiasticos rituum graecorum insignes, inter quos praecipue Isidorum Ruthenorum Metropolitam Chioviensem, virum omni genere virtutum insignem, qui deinde sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis fuit.[240] Huius viri pietas et erga

---

[238] Ex parte s.d. Russia venit in dominium Poloniae iam inde ab anno 1340-1348, et ex parte occupata fuit a Lithuania, quae magnam partem Russiae cessit Polonis in s.d. unione Lublinensi (an. 1569), unde incipit unio Regni Poloniae non solum personalis, sed etiam realis.

[239] Erectio patriarchatus Moscoviensis fuit anno 1589, a Patriarcha Constantinopolitano Hieremia II peracta.

[240] Nominatus die 15 decembris an. 1439. Sedi Kioviensi renuntiavit anno 1458 in favorem Gregorii II, sui socii in plurimis itineribus.

Sedem Romanam singulare studium notum in Concilio Florentino omnibus fuit, et in Metropoli illius clarum etiam fuisset, si eadem, qua et ille, Episcopi illius erga Deum fuissent religione. Verum id quod ille tunc (fol. 164v), temporis licet plurimum laborasset, perficere non potuit, nunc divina favente clementia ultro successor illius Michael Rachosa cum omnibus metropoliae suae episcopis, agnito schismatis errore, ad reddendam sanctae Sedi Romanae, tanquam orthodoxae Ecclesiae capiti, obedientiam, primarios suae metropoliae episcopos misit,[241] videlicet Hipateion Pocey prototronion, episcopum Volodimiriensem et Brestensem, et Cirilum Terlecki exarcham, episcopum Luceoriensem et Ostrogiensem, qui omnes, relicto patriarcha Constantinopolitano, a qua sede fide christiana illuminati fuerunt, ultro sedi Romanae obedientiam deferunt.

Horum accessio ad Ecclesiam tanti ponderis et utilitatis est, ut ultra tam evidens lucrum, quod tot milia milium animarum Ecclexiae catholicae sese coniungant, occasionem quoque praebeat bene sperandi Ecclesiae, quod Moschi ac illi, qui in Turcica tyrannide detinentur, exemplo illorum Ecclesiae Romanae sese adiungant, id quod facile futurum fore ex his colligitur argumentis.[242] Russia, quae regni Poloniae est, et quae modo Sanctae Sedi obedientiam defert, media est inter Graeciam et Moschoviam, ita ut commode cum utrisque communicare possit, eosque ad abolendum schisma adhortari. Praeterea ex Graecia singulis annis veniunt in Russiam plerique rituum illorum episcopi, monachi et sacerdotes, qui (fol. 165) necessitate coacti quod sub imperio Turcarum nullos vel paucos habeant redditus, partim a Russis, partim a Moschis copiosas eleemosynas colligunt, quod illorum vitae sustentandae unicum fere praesidium. Hae Russorum occasione magnopere diminuetur, si quidem nihil ab his ut a catholicics schismatici et parum a Moschis ob difficiliorem transitum sperare subsidii licebit. Unde paulo post vel ipsa necessitas illos ad errores suos relinquendos adigere debeat. Moschi vero ex continua quam habent cum Russis consuetudine ac mercium communicatione, maxime vero quod religionis suae originem hinc agnoscunt, et hodierna adhuc die sacra Chioviae templa magna veneratione colunt, et quotannis munera mittunt, facile induci poterunt ad subscribendum quoque illorum sententiae. Denique, quod caput est, exemplo horum Russorum, quos Sedes Romana adeo benigne recipit, ut illis permittat caeremonias illorum retinere, absque dubio caeteri quoque, praesertim populus rudis Moschorum, qui

---

[241] Est factum de quo in praesenti volumine documenta dantur.

[242] Ex hisce considerationibus provenit etiam famosum dictum Urbani PP. VIII; « Per vos, mei Rutheni, Orientem convertendum spero ».

haec nunquam credidit ab Ecclesia Romana obtineri posse, ductus hac begnignitate Sedis Apostolicae, colla quoque sua illi subdere non tardabit.[243]

(fol. 166v) De Rutenorum seu Russiae ... Metropolita Ecclesiae Chioviensis.

161.

Roma, 8. I. 1596.

Ex Depositeria Generali scudi 866.75 Nuntio Poloniae solvuntur.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, v. 1579, fol. 54.

MDLXXXXVI. A 8 di Genaro.

A limosine e donativi s. 866.75 pagati à Mons. Vescovo di San Severo, Nuntio in Polonia e per Signoria Rev.ma al Signor Computio Cornevaglia; disse per rimborsarlo di altrettanta somma che hà speso del suo alli Vescovi Ruteni che vengono all'Unione della Chiesa Latina.[244]

s. 866.75.

162.

Craovia, 12. I. 1596.

De spe uniendi Ducem Constantinum Ostrožskyj.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 89 C, fol. 3-3v.
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 101v (reg.).
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 102, nr. 953.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

. . .

Dalla lettera del Vescovo di Luceoria[245] potrà V. S. Ill.ma venire in cognitione (f. 3v) della speranza, che si può haver di tirare nella Unione il Duca Constantino,[246] et dalle copie di quelle, che scrive esso Duca a Sua Maestà potranno vedere li Vescovi Rutheni a che punto si siano ristrette

---

[243] De hisce rebus volumen praesens in lucem edidimus; Moscovitae tamen colla sua huc usque Sedi Apostolicae nob subdiderunt; imo et Unionem Ruthenorum sensim sine sensu vel etiam violentia adhibita pessumdarunt (cfr. annis: 1772-1795, 1839, 1874, 1915, 1946-1950).

[244] Cfr. supra sub nr. 120.

[245] Agitur de Episcopo latino — Bernardo Maciejowski, qui Unioni sincere additus fuit eamque praeparare curavit et eius ratihabitioni adfuit mense octobri 1596.

[246] Dux Constantinus Basilius Ostrožskyj (1528-1608), Palatinus Kioviensis et principalis Unionis adversarius, de quo nostrum volumen perplurima perhibet documenta.

AA. XIII. I - XVIII

1732 (2)

Sanctiſſime Pater, Domine, & Paſtor
ſupreme Eccleſiæ Chriſti Domine
Domine Clemẽtiſſime.



REPETENTES *memoria conſensum in omnibus, atque vnionem Orientalis, et Occidentalis Eccleſiæ, quam Maiores noſtri ſub obedientia, et regimine ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Romanæ coluerunt; ex altera vero parte perpendentes animis diſſentiones, et ſchismata, quæ hodie inualuerunt, non potuimus propterea non maxime dolore affici; deprecabamurque aſſiduè Dominum vt nos aliquando in vnitatem fidei aggregaret; expectantes ſi forte Superiores, et Paſtores noſtri Orientalis Eccleſiæ ſub quorum obedientia hucusque fuimus, de ineunda vnione, et concordia, quam in Liturgijs quotidie a Deo efflagitant, cogitare ſeriò atque diligenter in eam rem, et curam incumbere vellent. Sed cum videremus frustra tale quidpiam ſperari ab illis, non tam maleuolentia, et demeritate fortaſſe eorum, quam quod cum ſub grauiſſimo ſeruitutis iugo crudeliſſimi tyranni, et a Religione Chriſtiana alieni gemant; tentare id, ut maxime vellent, nullo modo poſſunt. Nos nihilominus, qui in his partibus ſub dominio Sereniſſimi Poloniæ, et Suetiæ Regis, ac Magni Ducis Lituaniæ conſtituti ſumus, liberisque nobis propterea eſſe licet, attendentes officium noſtrum: neque nobis ipſis, et ouibus gregis Chriſti, quarum cura ad nos ſpectat, obeſſe: conſcientiasque hac in parte noſtras totarum animarum interitu, qui ex diſſentionibus his prouenit, grauare volentes, adiuuante Domino, ad vnionem, quæ antea inter Orientalem, et Occidentalem Eccleſiam viguit, inque Florentina Synodo ab anteceſſoribus noſtris conſtituta eſt, accedere decreuimus, vt vinculo huius vnionis adſtricti, ſub obedientia, atque regimine Sanctitatis Veſtræ, vno ore, et corde glorificemus, et laudemus omnes diuiniſſimum, et ſanctiſſimum nomen Patris, et Filij, &*

Spiritus sancti. Ac proinde sciente, volenteque Domino nostro Sigismundo tertio Dei gratia, Poloniæ, ac Suetiæ Regę, Magneque Duce Lituaniæ; cuius etiam singulare, ac prientissimum studium in hac re enituit; mittimus ad Sanctitatem Vestram carissimos fratres nostros Reuerendos in Christo Hypatium Phocium Prothothronium, atque Episcopum Vladimiriensem Brestensemque; et Cyrillum Terleczky Exarcham, atque Episcopum Luceorienſem, Ostrosiensemq.; quibus mandauimus, vt Sanctitatem vestram adeant; ac siquidem Sanctitas uestra administrationem sacramentorum, ritusque, et ceremonias omnes Orientalis Ecclesiæ integre inuiolabiliter, atque eo modo quo tempore vnionis illis vtebamur; nobis conseruare, confirmareque pro se, et successoribus suis, nihil in hac parte innouaturis vnquam dignetur; suo, et omnium nostrum Archiepiscopi, et Episcoporum, totiusque Ecclesiastici nostri status, et ouium commissarum nobis diuinitus; nomine Sedi sancti Petri, et Sanctitati Vestræ uti summo Pastori Ecclesiæ Christi, debitam obedientiam deferant. Quæ omnia petita à nobis, si obtinuerimus, Sanctitati Vestræ cum omnibus successoribus suis, nos et successores nostri dicto audientes, subque regimine Sanctitatis Vestræ semper esse volumus. In quorum maiorem fidem literas præsentes manibus nostris subscripsimus, atque munimus sigillis. Datum ex Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lituaniæ Die xij. Junij, anno Domini M.D.Lxxxxv. iuxta Kalendarium vetus.

Sanctitatis Vestræ

Humillimi apud Deum orēs, & ſerui

DEI gratia Michael Archiepiscopus Metropolita Kiouiensis, Halicziensisque, ac totius Russiæ, manu propria.

Ipatius Dei gratia Prothothronius, Episcopus Vlodimiriensis Brestiensisque manu propria.

Cyril.

le cose, sopra delle quali la brevità del tempo non ha permesso, ch'io faccia deliberatione matura; ma con le seguenti scrivero più fondatamente ciò che qua viene giudicato espediente.

. . . (f. 4)...

Di Cracovia, li 12 Gennaro 1596.

(Al Sig. Cardinale San Giorgio).

163.

Venetiis, 13. I. 1596.

De motibus in Russia contra Episcopos ruthenos.

BIBL. VAT., *Urb. lat.*, vol. 1064, fol. 25.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 102, nr. 554.

Di Venetia, alli 13 Genaro 1596.

Di Cracovia delli 28 Decembre scrivono, ... che nella Russia s'erano sollevati molti popoli per conto di religione,[247] volendo quei Vescovi Ruteni, che furono a Roma, ridurli alla fede cattolica, a quali s'è opposto un Duca di Ottavia[248] con gran seguito et si dubita, che nella Dieta di Varsavia se ne farà qualche gran strepito. ...

164.

Cracovia, 19. I. 1596.

De reditu Episcoporum et de clade cosacorum in Livonia.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 89 C, fol. 17.
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 102 (reg.).
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 103, nr. 555.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

. . . .

Li Vescovi Rutheni potranno ritornare quando loro piacerà, che qua si andrà con più facilità promovendo la Unione con l'assistenza loro.

---

[247] Rumor hic erat falsus, etsi in rebus religionis magna regnabat exagitatio et confusio; actiones s.d. Nolyvajko, ducis cosacorum, etsi Ecclesiae Ruthenae multa attulerunt damna, aliam tamen radicem habuerunt et causam, praeprimis socialem et politicam.

[248] De Ostrogia (Ostroh in Volinia; bona haereditaria familiae).

Li Cosacchi sono stati battuti in Lithuania dopo d'havere fatto danno grande a quella provintia.[249]

. . . (f. 17v)...

Di Cracovia, li 19 Gennaro 1596.

(Al Sig. Cardinale San Giorgio).

165.

Roma, 21. I. 1596.

Gratias agit Nuntio pro illius parte in Unione Ruthenorum.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. II, vol. 475; Del Nuntio di Polonia, Transylvania: 1592-1602; fol. 25r.

Al medesimo (=Nuntio di Polonia).

Molto Ill.mo etc.

Dalle lettere di V. S. delli 21 del passato, et dalle scritture venute con essa hò visto molto chiaramente, non solo quanto sino a quel tempo si era fatto per servitio dell'Unione, ma di più quanto si poteva sperare dall'essito di essa sopra di che esendo in sicuro, che le sarà diffusamente scritto col lettere publiche, non entrarò di dirlene in particolare con questa mia, con la quale non potendo fare, se non due cose, una di renderle gratia della parte, che ha voluto darme delle cose publiche il che sicome mi è molto grato, così ne conservarò particolare memoria; l'altra di assecurar V. S. dell'inclinatione, et affetto mio verso la sua persona, la quale sicome viene amata, et stimata da me con altretanta volontà, quanta richiede il valore et merito suo, così conoscerà in tutte le occorrenze di suo servitio questo affetto dell'animo mio molto pronto a giovarle.

Conservisi V. S. sana, che per fine, etc.

Di Roma, li 21 di gennaro 1597.

166.

Cracovia, 26. I. 1596.

Presentatio Brevis Pontificii de unione Ruthenorum.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 89 C, fol. 19.
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 104 (reg.).
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 103, nr. 556.

---

[249] Agitur, ut videtur, de incursionibus cosacorum sub duce Severiano Nalyvajko, qui contra Magnates Poloniae praeprimis procedebat et ipsum principem Ostrožskyj et eius bona non praetermisit.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

Ho presentato a Sua Maestà il Breve[250] inviatomi da V. S. Ill.ma, nel quale Sua Santità significa alla Maestà Sua l'atto seguito della Unione delli Vescovi Rutheni, et la Maestà Sua ne ha sentita infinita consolatione, et ha ordinato che sia mandata subito copia di esso Breve al Duca Constantino.

. . .

Di Cracovia, li 26 Gennaro 1596.

(Al Sig. Cardinale San Giorgio).

167.

Roma, 27. 1596.

Episcopi Rutheni suum reditum in Patriam sollicitant, ut in Comitiis Regni sedem senatoriam sibi impetrare possint. Litterae ad Nuntium Varsaviensem.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 18, fol. 357rv.

Con questo Corriere son venute due mani di lettere di V. S....

Questi Rutheni sollecitano la loro espeditione perche vorriano trovarsi à Comitii per disporre la materia in modo di haver il luoco in quelli che si celebraranno dopoi; V. S. sà quanto ciò importi et che da questo solo, dopo la divina gratia, può dependere lo stabilimento sopratanto importante, la qual essendo stata generata da lei, è anco il dovere che per sua mano venga ostetricata et condotta alla sua perfettione.

Con qual fine me le raccomando, etc.

Di Roma, li 27 di Genaro 1596.

168.

Roma, 3. II. 1596.

Episcopi Rutheni Roma expediuntur tranquilli et constantes; Seminarium ipsis in Russia erigendum expensis S. Sedis conceditur; civitas Leopoliensis videtur esse electa in locum Seminarii.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 18, fol. 357v-358r.

Se dal Canonico Malacrida...

I Vescovi Rutheni già si accingono al ritorno con la divina gratia et mostrano di restar contenti della carità usata loro qui, ne veramente si è

---

[250] Verosimiliter sub dat. 30.XII.1595; cfr. supra nr. 154.

mancato in cosa alcuna, et essi hanno sentito estremo giubilo nell'udire che li Duca Costantino sia per approvare la unione fatta, et per aiutarla con l'autorità sua, parendo che in quello consista la vera assicuratione di tutta questa santa opera, si come speriamo che la Maestà del Re non lascierà di far inserire quei Vescovi nell'ordine Senatorio, poiche tutto è per ridondare in honor di Dio et suo proprio. Ne V. S. doverà lasciare di far in ciò ogni buon'effetto. [251]

Nostro Signore si contenta di fare la spesa per mantenere nella Rossia il Seminario di alunni giovani, ma à lei si rimette d'informarsi bene delle commodità che vi sono, et di tutto quello, che converrà di fare à noi appena pare, che una simile opera si possa bene incaminare senza li Padri di Giesù; però sarà necessario vedere se in Leopoli dove già c'è Collegio sarà luoco opportuno, nè si risolvera altro finche da lei non ne habbiamo aviso. [252]

Di Roma, li 3 Febraro 1596.



[251] Cfr. litteras Pontificis Clementis VIII ad Regem et Senatores Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, infra sub dat. 7.II.1596 (nnr. 171-181) nec non aliae instantiae. Res tamen insoluta permansit usque ad annum 1791, quo anno Metropolitae Kioviensi haec dignitas agnita fuit, etsi res ipsa iam fuit superata ob exdivisionem Regni Poloniae.

[252] Collegium seu Seminarium erectum fuit tantummodo anno 1601 Vilnae; cfr. R.R. Holovackyj, OSBM, *Seminarium Vilnense SS. Trinitatis* (1601-1621), Romae 1957.

DOCUMENTA UNIONIS BERESTENSIS EIUSQUE PROMULGATIONIS

DOCUMENTA UNIONIS BERESTENSIS
(1590-1600)

169.

Roma, 3. II. 1596.

De reditu Episcoporum ruthenorum.

BIBL. VAT., *Urb. lat.*, vol. 1064, fol. 57.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 105, nr. 560.

Di Roma, li 3 Febraro 1596.

Si lasciò di scrivere l'ordinario passato, che domenica il Pontefice benedisse in Camera molte corone et medaglie delli vescovi Ruteni,[253] i quali si preparano di partire quanto prima. ...

170.

Roma, 7. II. 1596.

Mandatum Clementis VIII, ut solvantur 2000 scuta prout expensae reditus Episcoporum Ruthenorum in patriam.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, VII: Registri dei Mandati Camerali, vol. 945 (1594-96), fol. 84r.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 244, nr. 134.

Per li Vescovi Rutheni per le spese del viaggio à retornarsene alli loro Vescovati. s.di .....

Mons. Cesi, etc. ordinarete à Giuseppe Giustiniani, nostro Depositario generale, che paghi à Luca Dottorio[254], maestro di casa di Vescovi Rutheni, ò à chi esso ordinarà, s.di mille d'oro et mille moneta, quali facciamo pagarli, per darli alli Vescovi Rutheni per le spese del viaggio à retornare alli loro Vescovati, et così pagati vogliamo dalla Nostra Ca-

---

[253] Die 28 ianuarii 1596; cfr. sub nr. 158.

[254] Canonicus Luceoriensis ritus latini, qui fuit maior domus episcoporum ruthenorum et eorum interpres in itinere romano.

mera Apostolica, quali siano accettati et fatti buoni alli conti della Depositeria Generale, etc.

Dal mio Palazzo Apostolico questo dì 7 di febraro 1596.

CLEMENS PP. VIII.

Fù dato l'ordine di Mons. Thesoriero à dì detto.

171.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Regi Poloniae Episcopos Roma revertentes et res Ruthenorum nec non Synodum congregandam commendat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 36v-37v.
ASV, *Armanium* 44, vol. 40, fol. 41r.-43r.
THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 252, nr. 188a.
WELYKYJ A., *Litt. Pont.*, I, pag. 245, nr. 135.

Carissimo in Christo filio Nostro Sigismundo Poloniae et Sueciae Regi Illustri

CLEMENS VIII-us. Carissime in Chritsto fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem.

Gaudium nostrum de Ruthenis ad huius sanctae catholicae et Apostolicae Ecclesiae receptis, iam alteris nostris litteris Maiestati Tuae communicavimus,[255] et revera dignum est, tam pium et salutare negotium, quod nos et tu, filii boni omnes, spirituali in Domino laetitia, et gratulatione prosequantur, cum ex hac sancta unione plurima ad Dei gloriam et animarum illarum utilitatem bona sint promanatura, spiritu sancto auctore, qui est fons bonitatis te veritatis, te quoque adiutore, ut iam praeclare facere incoepisti, ex tua pietate, et zelo. Itaque cum Venerabiles fratres Hypatius et Cyrillis episcopi, qui ad nos ab eorum Metropolitano et Coepiscopis ruthenis missi sunt, viri prudentes et pii iam rebus per Dei gratiam ex sententia confectis, in Poloniam, et Russiam nostra cum benedictione revertantur, placuit iterum ad te litteras dare, quas multo sane cum affectu scribimus, ut totam hanc ruthenicam causam, quam tua sponte, Dei instinctu, complexus es, nostro etiam intuitu adhuc molto magis habeas commendatam.

Ut autem quae Romae acta sunt, a duobus supradictis Episcopis, tam suo ipsorum, quam Archiepiscopi, et aliorum Episcoporum nomine, isthic quoque omni ex parte absolvantur, fide nimirum catholica profitenda, et obedientia quae nobis, et huic Sanctae Apostolicae Sedi debetur prae-

---

[255] De dat. 30.XII.1595; cfr. supra nr. 154.

standa, atque ut haec saluberrima unio, Deo qui caepit incrementum dante, tanto firmius coalescat, ob eam causam scribimus ad eundem fratrem nostrum Archiepiscopum, et metropolitam Ruthenorum, ut Episcoporum suorum Synodum convocet, et omnia rite exequantur, in qua quidem Synodo aliquos item latinos Episcopos interesse, expedire censuimus, et nominatim Archiepiscopum Leopolis, et duos Episcopos Luceoriensem, et Chelmensem,[256] quibus etiam ea de re scripsimus, quorum pietatem et prudentiam in eo conventu usui fore, atque ex ea communione, fraternae caritatis vinculum inter eos arctius constringi posse confidimus. Huic igitur Synodo congregandae, et celebrandae Maiestas Tua pie, ut solet, favebit, curabitque ut ruthenici ritus homines ad eam frequentes conveniant.

Et quia audimus fructus Ecclesiarum illarum, multis alienationibus valde esse attenuatos, ita ut non solum Episcopi ipsi decenterque sustentari non satis queant, sed multa praeterea incommoda consequantur, dum sacrarum aedium sarta tecta curari, et verbi Dei idonei concionatores, et Scholarum magistri, et caetera eiusmodi adhiberi nequeunt, propterea ruthenorum Episcoporum Ecclesias earumque bona, census, et proventus tibi magnopere commendamus, et te favente et auxiliante, non modo quae adhuc extant, conserventur, sed etiam illa quae alienata sunt, etiam regia confirmatione interposita, gravi cum Ecclesiarum detrimento, quantum fieri poterit ex iustitiae praescripto recuperentur.

Tum generatim Maiestatem Tuam paterne hortamur, ut capita et articulos a ruthenis Episcopis oblatos, iis in rebus, quae ad te praecipue pertinent, pro tua aequitate, et animi magnitudine sedulo exequaris, iubebisque ut tui item diligenter pro sui muneris officio exequantur, quemadmodum iam te benigne pollicitum esse accepimus.

Sed unum illus est, quod a tua regali magnificentia pro fratribus nostris Episcopis ruthenis omni studio expetimus,[257] et requirimus, ut eos scilicet, inter Senatores ecclesiasticos Regni Poloniae admittas, et recipias, quamdiu tamen in unitate, et obedientia Romanae Ecclesiae permanserint, et fidei catholicae integritatem retinuerint, ex cuius loci amplitudine et ipsi apud populum maiorem splendorem illorum Ecclesiae, opem efficaciorem, tutelam consequentur, et haec Sancta Unio catholicae religionis, cum ad hos quoque externos honores se admitti viderint, firmiores aget radices; erunt et ipsi vicissim usui, et ornamento senatui tuo, et certe cum nos eos ad nostram huius Sanctae Sedis gratiam et com-

---

[256] Cfr. infra, sub nr. 182, 183, 185.

[257] Petitio tamen haec nullum effectum habuit usque ad annum 1791.

munionem receprimus, et iam ut fratres nostros agnoscamus, aequissimum est, ut eodem iure, quo caeteri catholici Episcopi censenantur, et iisdem honoribus potiantur ac perfruantur. Accedit quod hoc insigni beneficio non solum Metropolitam, et episcopalem ordinem, ac clerum, sed totam nationem illam sibi peculiari quodam nexu perpetuo devincies, atque obstringes, quod quantas secum utilitates afferat, quantum ad Regni tui istius firmitatem, et incrementum pertineat, tu ipse optime intelligis, ita simul et Dei honori servies, et commodis tuis consules, quae duo, ubi quis vere, et ex a animo Dei gloriam quaerit, et rebus omnibus anteponit, praeclare coniunguntur, et Dei gratia auxiliante, se mutuo consequuntur.

Quam ob rem, fili carissime, perge, ut facis, complecti omni caritate, et beneficientia ruthenos Episcopos, ut gaudium nostrum, et merita tua apud Deum augeas. Erit hoc tibi ad omnem posteritatem gloriosum, quod tua auctoritate, opera, consilio, adiumento Rutheni ad viam salutis, et unitatem Ecclesiae catholicae redierint, et ad fidei catholicae propagationem, ut in Dei clementia speramus, ostium magnum apertum sit.

Caetera ex Venerabili Fratre Episcopo Sancti Severi, Nuntio nostro Apostolico, Maiestas Tua copiosius intelliget, cui de more fidem habebit cumulatam.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii MDXCVI, Pontificatus Nostri Anno quarto.

172.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Cardinali Georgio Radivilio Episcopos ruthenos inter Senatores Regni promovendos commendat.

ASV, *Ep. da Principes*, vol. 28, fol. 28v-39.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 43rv.
THEINER A., *op. cit.*, III, p. 253, nr. 188b.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 247, nr. 136.

Dilecto filio nostro Georgio tituli S. Sixti praesbitero Cardinali Radivilo nuncupato.[258]

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem.

---

[258] Antea Episcopus Vilnensis (1581-1591), dein Cracoviensis (1591-1600), et demum Cardinalis, creatus ante annum 1591, et tempore Clementis VIII; obiit anno 1600.

Salutari negotio reversionis Ruthenorum ad communionem et obedientiam huius sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris, et magistrae, feliciter, quantum ad nos pertinebat, absoluto, dimisimus cum benedictione nostra Venerabiles Fratres Hypatium et Cyrillum, Episcopos, qui eius rei causa missi ad nos fuerunt, quos et venientes, et hic commorantes, et recedentes, omni cum humanitate tractavimus. Cupimus enim et Episcopos, et clerum, et nationem illam perfectae caritatis glutine coniungi nobiscum et cum Ecclesia catholica. Quare etiam optamus eosdem ruthenos Episcopus non solum ut fratres nostros agnosci, quibus caeteri polonici Episcopi fruuntur, et nominatim ut inter Senatores ecclesiasticos numerentur, quandiu in fide catholica, et debita Romanae Ecclesiae obedientia permanserint. Qua de re ad carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem accurate scripsimus (f. 43v); id enim ad sanctae huius unitatis conservationem, ad fidei catholicae incrementum, et ad Regni quoque istius utilitatem pertinere arbitramur, quod tu, fili, pro tua prudentia optime intelligis. Tu ergo, qui membra illa olim divulsa, suo capiti adhaerere optasti, te ut id fieret pro tua virili procurasti, et nunc gaudes gaudium nostrum in Domino, tu idem pro tua auctoritate, et gratia hoc cura, ut rutheni Episcopi in Senatum istum ea, quam diximus, lege admittantur, quod tua pietate dignum erit, et nobis valde gratum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

173.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII congratulatur cum Archiepiscopo Gnesnensi de receptione Ruthenorum eosque Primati polono commendat, in specie ut reciperentur inter Senatores Regni Poloniae.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 39-40.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 43v-44v.
THEINER A., *op. cit.*, p. 243-4, nr. 188c.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 248, nr. 137.

Venerabili fratri Stanislao, Archiepiscopo Gnesnensi. [259]
CLEMS PP. VIIIs. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

---

[259] Stanislaus Karnkowski (1581-1603).

Magnae laetitiae materiam praebet merito bonis omnibus ruthenorum Episcoporum ad Romanam catholicam Ecclesiam reversio. Per suos enim oratores Hypatium et Cyrillum, Episcopos, huius Sanctae Apostolicae Sedis summam auctoritatem agnoverunt, et nobis, qui licet meritis impares, in eadem Sede Ecclesiae universali praesidemus, debitam obedientiam reddiderunt, et veteribus erroribus reiectis fidem catholicam ex formula praescripta (f. 44) rite professi sunt. Speramus autem quod Venerabilis frater Michael eorum Metropolitanus, et caeteri eius Coepiscopi omnia quae ab eorum oratoribus, et ipsorum nomine hic sunt acta, rata, ut par est, habebunt, et hanc cum suo capite, post tam diuturnam divulsionem, retinebunt. Nos certe erga eorum oratores et ipsos quoque absentes, quantum cum Domino potuimus, nullas humanitatis, et paternae caritatis partes praetermisimus, ut eos quam arctissime cum hac eorum ac fidelium omnium, matre carissima adstringamus, qua etiam ex causa valde cupimus, ut eorundem Episcoporum desiderio satisfiat, a carissimo filio nostro Sigismundo Rege, cui etiam de eo efficaciter scripsimus, nimirum ut eos in senatum recipiat, quamdiu tamen et fidem catholicam, et integritatem, et obedientiam erga hanc sanctam sedem conservaverint. Quia vero Fraternitas Tua isto loco auctoritate, et gratia ad eam obtinendam multum omnimo adiumenti afferre potest, tibi propterea ruthenos Episcopos magnopere tum in rebus caeteris, tum in hac potissimum senatoria causa commendamus. Te praecipue decet Episcopos tueri, et hos maxime, ut intelligent, se, qui gratiam et communionem Apostolicae Sedis sunt consecuti, ut (f. 44v) fratres in Christo a fratribus nostris agnosci, et iisdem ornamentis, atque honoribus frui, quo illi fruuntur, quod nobis erit valde gratum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die septima Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

174.

Romae, 7. II. 1596.

Pontifex Maximus congratulat cum duce Radziwill de Unione Ruthenorum petitque ut auctoritatem suam interponat pro receptione Episcoporum ruthenorum in Senatum Regni.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 49rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 44v-45v.
THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 260, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 249, nr. 238.

Dilecto filio, nobili viro, Nicolao[260] Christophoro Radzivilo, Duci Oliche.

---

[260] Nicolaus Christophorus Radziwiłł (Sierotka), nat. 1549. Ab anno 1589 Palatinus Trocensis, dein ab anno 1604 Vilnensis. Obiit anno 1616.

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ad Dei gloriae, et christianae fidei incrementum, recepimus intra gremium sanctae Romanae Ecclesiae catholicae Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum, et eius Coepiscopos ruthenos, qui id a nobis suppliciter petierunt per suos Oratores, quos ad nos miserunt, Venerabiles fratres, scilicet Hypatium et Cyrillum, Episcopos, qui procuratorio, et suo proprio nomine omnes haereses, et schismata detestati sunt, et fidei catholicae professionem rite fecerunt, et nobis, qui licet immeriti, Dei tamen dispositione ad universalis Ecclesiae gubernacula praesidemus, tamque visibili corporis Ecclesiae capiti, et Christi in terris Vicario debitam, et veram obedientiam praestiterunt, et eundem Archiepiscopum, et caeteros, a quibus missi fuerunt, haec eadem rata habituros promiserunt. Gratulamus Nobi (f. 45) litati Tuae cuius praestantem pietatem novimus, et quanto spiritualis gaudii sensu ex hoc salutari negotio movearis, plene perspicimus. Gratulamus Ecclesiae Dei, et Regno Poloniae nominatim, quod tam multae oves ad ovile Christi reductae sunt, et ad mysticum Christi corpus, quod est Ecclesia catholica, haec sunt membra adglutinata, quae ut tanto magis cohaereant glutine caritatis, omni benevolentiae significatione Episcopos, et nationem illam, quantum cum Domino licet, libenter prosequimur. Itaque cum iidem Episcopi Hypatius et Cyrillus, viri pii et prudentes, cum benedictione nostra, et multa cum paterni amoris nostri testificatione dimissi, in Russiam revertantur, scribimus diligenter ad carissimum filium nostrum Regem, ut inter Senatores Regni Archiepiscopum et Episcopos ruthenos adscribat, quandiu tamen et fidei integritatem retinuerint et in nostra et Sedis Apostolicae obedientia perseveraverint, atque hoc beneficio eorum in catholica religione constantiam et erga se voluntatem et totius nationis studium tanto magis corroboret, atque obstringat. Hortamur Nobilitatem Tuam, ut ad eam rem procurandam suam quoque gratiam et auctoritatem adiungat; aequum est, ut qui huius Sanctae Sedis communionem habent, et inter fratres nostros Episcopos connumerantur, eadem, quae alii fratres nostri catholici (f. 45v) Episcopi honoris praerogativa in Regno tam catholico a tam pio Rege ornentur. Quidquid autem tu, fili dilecte, ad Ruthenorum commoda, et ornamenta operae et officii contuleris, erit id tua virtute dignum, et nobis valde gratum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

175.

Romae, 7. II. 1596.

Pontifex Ioanni Zamoyski Episcopos ruthenos et eorum in Senatum Regni adnumerationem commendat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 411rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 45v-46v.
THEINER A., *op. cit.*, III, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 250, nr. 139.

Dilecto filio, nobili viro, Ioanni Zamoschio,
Magno Cancellario Regni Poloniae.[261]

CLEMENS PP. VIIIs, Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Commune gaudium est, cum omnes aberrantes ad ovile Christi reducuntur, sed Ruthenorum cum sancta hac Romana Ecclesia reconciliationem, et membrorum illorum ad caput suum novam conglutinationem, praecipuo quodam nomine Nobilitati Tuae gratulamur. Neque enim dubitamus, te pro tua praestanti pietate, et animi magnitudine, et huic tam salutari negotio pie suffragatum esse, et singularem ex ea re voluptatem capere, et deinceps te multis modis ad ea quae salutariter acta sunt conservanda, tua auctoritate adiumento fore. Ad laudem igitur Dei omnipotentis, et exaltationem fidei, et religionis christianae, recepimus intra gremium Ecclesiae Catholicae Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum et eius Coepiscupos ruthenos (f. 46) cum omni clero, et populo nationis illius. Nam, ut Tua Nobilitas novit, venere ad nos ab eodem Metropolitano, et Episcopis missi, Venerabiles fratres Hypatius et Cirillus, Episcopi, viri graves, et pii, qui redditis litteris et mandatis expositis, suppliciter petierunt se, Episcopos, et gentem suam ad gratiam, et communionem nostram, et huius sanctae Apostolicae Sedis admitti, quod rebus omnibus perpensis, et examinatis benigne concessimus, posteaquam iidem duo Episcopi, et Oratores tam procuratorio nomine, quam proprio errores omnes et schismata detestati, catholicae fidei professionem rite fecerunt, et humilitati nostrae, tamque visibili Ecclesiae universalis capiti, et Christi Domini in terris Vicario debitam obedientiam praestiterunt, et eadem omnia Metropolitanum, et Episcopos supradictos rata habituros, et confirmaturos promiserunt.

---

[261] Joannes Zamojski, natus an. 1541. Magnus Cancellarius Poloniae ann. 1576-1605, et Magnus dux exercituum Poloniae.

Inter ceteras autem amoris nostri, et paternae caritatis significationis erga Episcopos, et Nationem Ruthenam, hoc nominatim eorum causa a carissimo filio nostro Sigismundo Rege petivimus, ut eos inter ecclesiasticos Regni Poloniae Senatores adscribat, atque adnumeret, quandiu tamen in fide catholica, et Sanctae Romanae Ecclesiae obedientia permanserint. Ad eam vero praerogativam obtinendam quantum in tua gratia, et patricinio positum sit, plane scimus. Quare tibi efficaciter Ruthenos commendamus; iam fratres nostri sunt, iam eiusdem corporis, et capitis (f. 46v) membra. Aequum certe est, ut paribus honoribus, cum caeteris catholicis Regni Episcopis, perfruantur; multa quoque bona ex eo emanare posse, et ad catholicae religionis propagationem, et ad Regis Regnique comodum, tu optime pro tua prudentia intelligis. Quare tibi, qui ad praeclara et pia semper propensum te ostendis, Ruthenos generatim, sed in hoc senatorio negotio potissimum commendatos esse cupimus, in quo et de religionis causa bene mereberis, et nobis in primis gratum facies.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

176.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Episcopos ruthenos Vicecancellario Regni commendat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 4årv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 46v-47v.
Theiner A., *op. cit.*, III, pag. 259, nr. 188.
Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 251, nr. 140.

Dilecto filio Ioanni Tarnouskio, Vicecancellario Regni Poloniae.[262]
CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Redeunt in Russiam Veberabiles fratres Hypatius, et Cyrillus, Episcopi, qui a Venerabili fratre Michaele, Metropolitano Ruthenorum, ut nosti, caterisque illius nationis Episcopis ad Nos missi fuerant, et quidem rebus per Dei gratiam optime constitutis, illos enim tam suo proprio, quam procuratorio nomine veteres errores, et schismata detestantes, et fidem orthodoxam rite professos ad communionem nostram admisimus, quemadmodum et absentes Episcopos cum clero, et populo in gremium sanctae catholicae Romanae Ecclesiae (f. 47) recepimus. Nos enim, quamvis meritis impares, per hos Oratores suos, ut verum Christi in terris Vicarium, et visibile totius Ecclesiae caput, agnoverunt, et nihilominus iidem oratores

[262] Joannes Tarnowski, Vicecancellarius Regni Poloniae (1590-1598).

polliciti sunt, et promiserunt, quod eodem modo tam Archiepiscopus, quam ceteri Episcopi supradicti et fidem catholicam profitebuntur, et nobis atque Apostolicae Sedi obedientiam reddent, et denique omnia, quae ab ipsis eorum Oratoribus acta sunt, comprobabunt, et confirmabunt. Ergo cum benedictione nostra dimisimus eosdem Episcopos Hypatium, et Cyrillum, quos et hic manentes omni cum humanitate tractavimus, et abeuntas omni benevolentiae significatione prosecuti sumus. Scripsimus autem ruthenorum Episcoporum causa ad carissimum filium nostrum Sigismundum Regem eique illos, eorum Ecclesias, et bona accurate commendavimus, sed nominatim illud ab eo efficaciter petivimus, ut Metropolitanum et Episcopos ruthenos senatoria dignitate ornamento augeat, et inter Ecclesiasticos Regni Poloniae Senatores adnumeret, quandiu tamen in fidei catholicae integritate, et Romanae Ecclesiae unitate, atque obedientia permanserint. Et hoc quidem aequum esse arbitramur, ut qui pari cum ceteris catholicis Episcopis Sedis Apostolicae gratia, et comunione gaudent, iisdem quoque honoribus Regni, et Regiae (f. 47v) munificentiae splendoribus potiantur, quamquam autem hoc potissimum ad Dei gloriam, et catholicae religionis propagationem est referendum, multas quoque ex humana prudentia utilitates afferre posse, tu quoque facile intelligis. Tanto enim magis filius noster Rex nationem illam obtemperantem habebit, sibique hoc illustri beneficio obstringet. Quare te hortamur, ut pro tuo zelo divini honoris, et pro ea quam sustines persona, ad hanc rem obtinendam Ruthenis adiumento esse velis, quemadmodum te et ultro facturum, quae tua est pietatis, non dubitamus, et pro ea quam ageris erga Nos, et hanc Sanctam Sedem devotionem, impensius facturum confidemus.

Datum Romane apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

177.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Cancellario Lithuaniae Episcopos ruthenos eorumque dignitatem senatoriam illis concedendam commendat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 43rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 4748.
THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 257-258, nr. 188d.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 252, nr. 141.

Dilecto filio Leoni, Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae[263]

[263] Leo Sapieha, Cancellarius Magnus Lithuaniae ab anno 1589. Anno 1623 Palatinus Vilnensis. Obiit an. 1633.

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Accepimus de te, quod in hoc salutari negotio de Ruthenis cum hac Sancta Romana Ecclesia reconciliandis, pia sedulitate prompta virili parte laboraveris. Commendamus in Domino zelum tuum, et tibi gaudium nostrum amanter communicamus, (f. 48) quod ex bono semine bonos fructus, Deo auxiliante, iam caepimus. Nam Venerabiles fratres Hypatius, et Cyrillus, Episcopi, qui a Venerabili fratre Michaele Archiepiscopo, et eius Coepiscopis ruthenis ad nos missi fuerant, ut intra gremium catholicae Ecclesiae a nobis reciperentur, omnes errores, et schismata detestati sunt, et orthodoxae fidei professionem, ex forma ab hac Sancta Sede praescripta, publice professi sunt, atque humilitati nostrae, uti summo ecclesiae universalis pastori, et Christi in terris Vicario, veram et debitam obedientiam praestiterunt. Atque haec omnia egerunt tam suo proprio, quam procuratorio nomine, spondentes insuper, quaecumque ab eis acta essent, cuncta Archiepiscopum ipsum cum Episcopis suis supradictis comprobaturos. Quare ad gloriam et honorem omnipotentis Dei, cui servimus in veritate, Metropolitanum et Episcopos ruthenos, cum clero, et populo ad communionem nostram, et unitatem Ecclesiae Catholicae recepimus, et cum ceteris huius mystici Christi corporis membris, suo visibili capiti adiunximus, ut iam omnes singulari Dei benignitate unum simus in Christo. Cum autem iidem Venerabiles fratres Hypatius, et Cyrillus, quos omnis paternae benevolentiae significatione prosecuti sumus, in Russiam revertantur, hoc quoque inter cetera ad carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae (f. 48v) Regem Ruthenorum causa scripsimus, ut eorum Metropolitanum, et Episcopos inter Regni senatores adscribat, atque adnumeret, quandiu tamen fidem catholicam incorruptam retinuerint, et obedientiam huic Sanctae Sedi inviolate reddiderint. Tu ergo, fili, qui iam tua sponte ad Ruthenorum causam adiuvandam propensus es, age hortatu nostro, et in hoc quoque pietatis tuae partes repraesenta. Certe aequum est, ut qui vinculo caritatis nobiscum adstricti, unam et eandem matrem Romanam Ecclesiam cum ceteris Episcopis agnoscant, paribus honoribus perfruantur. Erit hoc tibi ad meriti cumulum, et nobis valde gratum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

178.

Romae, 7. II. 1596.

Pontifex Maximus Vicecancellario Lithuaniae Ecclesiam Ruthenam Unitam eiusque Episcopos ad senatoriam dignitatem promovendos commendat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 43v-44v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 48v-48v.

THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 258-59, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 253, nr. 142.

Dilecto filio Gabrieli, Magni Ducatus Lithuaniae Vicecancellario.[264] CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Singulari nostro cum gaudio, ad gloriam Dei et religionis Christinae incrementum, recepimus intra gremium huius sanctae Romanae Ecclesiae omnium Ecclesiarum matris, et magistrae, Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Ruthenorum, cum eius Coepiscopis, totoque clero, et populo nationis illius, qui sub eorum pastorali cura degunt (f. 49). Miserunt enim ad nos, ut nosti, Oratores Venerabiles fratres Hypatium et Cyrillum, Episcopos, ex eorum numero, viros prudentes, et religiosos, qui tam illorum, quam suo proprio nomine veteribus erroribus, et schismate damnato, orthodoxae fidei professionem fecerunt et nobis tamquam legitimo beati Petri successori, et vero in terris Christi vicario, quamvis meritis impares simus, debitam obedientiam praestiterunt, et haec eadem promiserunt quamprimum confirmaturos Metropolitanum, et Episcopos supradictos.

Quare ut haec membra capiti suo per Dei gratiam iterum conglutinata, omni quo possumus in Domino, paternae caritatis vinculo adstringamus, inter ceteras amoris nostri erga absentes, et presentes Episcopos ruthenos significationes, placuit nominatim eos commendare quam diligentissime filio nostro carissimo Sigismundo Regi. Sed illud imprimis ab eius pietate, et magnificentia petivimus, ut Archiepiscopum et Episcopos supradictos senatoria dignitate ornet, et inter ecclesiasticos Regni Senatores adscribat, quandiu tamen fidem catholicam conservaverint, et nobis atque huic Sanctae Sedi obedientes erunt. Ad eam rem obtinendam cupimus, ut tu, fili, pro eo, quod geris munere, te adiutorem praebeas. Vides quam id aequum sit, ut qui ad nostram gratiam, et (f. 50) communionem sunt admissi, eodem quo ceteri catholici Episcopi iure censeantur, et iisdem honorum praerogativis perfruantur. Tum omnis opera danda est, ut in sancto proposito corroborentur, et ea omnis natio novo hoc beneficio Regi suo magis sit obstricta. Non dubitamus, te ultro tam pio, et iusto negotio suffragaturum, et pro tua erga nos, et hanc Sanctam Sedem devotione tanto id propensius facturum, quod nobis certe erit gratum,

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

---

[264] Gabriel Wojna (1589-1615).

179.

Romae, 7. II. 1596.

Episcopi rutheni ad dignitatem senatoriam evehendi Palatino Cracoviensi commendatur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 44v-45.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 49v-50v.
THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 259-60, nr. 188
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 254, nr. 143.

Dilecto filio, nobili viro, Nicolao Firleyo, Palatino Cracoviensi.[265] CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ad Dei gloriam et christianae religionis exaltationem, et incrementum Venerabiles fratres Michaelem Archiepiscopum Ruthenorum, et eius Coepiscopos cum clero, et populo eiusdem nationis, intra sinum catholicae, et Apostolicae Romanae Ecclesiae, quamadmodum iam Nobilitatem Tuam audisse arbitramur, ritu solemni recepimus, et admisimus. Illi enim Oratores suos, qui id a nobis suppliciter peterent, miserunt, Venerabiles fratres Episcopos Hypatium, et Cyrillum, prudentes (f. 50), et religiosos viros, qui suo et illorum nomine, veteribus omnibus erroribus detestatis, fidem catholicam rite professi sunt, et nobis, atque huic sanctae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matri, et magistrae veram obedientiam praestiterunt, et haec eadem omnia, eundem Archiepiscopum et Episcopos, quam primum poterunt, in suo Conventu rata et grata habituros promiserunt. Nos ergo, qui in visceribus Jesu Christi Episcopos, et gentem Ruthenorum complectimur, cupientes ut haec membra recenter Christi corpori conglutinata, firmissima in fide, et caritate coalescant, eosque omni paternae benevolentiae significatione prosequentes, scripsimus inter cetera carissimo filio nostro Sigismundo Poloniae Regi, ut ruthenos Archiepiscopum, et Episcopos inter Ecclesiasticos Regni Senatores atque adnumeret, ut se veluti fratres nostros, et catholicos Episcopos agnosci, et tractari intelligant, unde multa bona promanare possunt, quod tua prudentia optime perspicit. Quare te quoque valde hortamur, ut tua opera, et auctoritate ruthenis Episcopis adiumento sis ad hanc senatoriam dignitatem obtinendam, quamdiu quidem in fide catholica, et nostra, atque Apostolicae Sedis obedientia perseveraverint. Novimus quanta animi propensione, et zelo eiusmodi rebus, in quibus Dei honori, et animarum utililati servitur,

---

[265] Nicolaus Firlej, Palatinus Cracoviensis (1581-1601).

presto sis, sed nobis certe pergratum feceris, qui pro nostro pastorali officio nulla re magis quam (f. 50v) animarum lucro, in Christo Domino reficimur, et oblectamur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

180.

Romae, 7. II. 1596.

Ecclesia Ruthena Unita eiusque Episcopi, horum Episcoporum ad statum senatorium evectio, filio Ducis de Ostrog commendantur.

ASV, *Ep. ad Princides*, vol. 28, fol. 45-46.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 50v-51v, nr. 55.
THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae*, t. III, pag. 258, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 255, nr. 144.

Dilectio filio, nobili viro Janusio, Duci Ostrosiae, et Castellano Cracoviensi.[266]

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Multis nominibus Nobilitati Tuae toto cordis affectu gratulamur in Domino, quod fratres nostri Michael Archiepiscopus Ruthenorum, et eius Coepiscopi eiusdem nationis, veteribus erroribus divina gratia ope cognitis, et reiectis, ad fidei catholicae unitatem, ad ad Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris, et magistrae, obedientiam venerunt, et quod nobilis vir Palatinus Kioviensis, pater tuus, eandem fidei catholicae veritatem, ut audimus, complecti statuit, Spiritu sancto illius cor permovente, et collustrante; haec mutatio dexterae Excelsi est, hoc tua fili, pietas a Dei clementia promerita est, ut duplici simul gaudio cumulareris. Nos certe cum haec membra divulsa, ad caput, et corpus per Dei gratiam adnecteremus, tanta spiritualis voluptatis copia perfundi nos sentimus, quantam nullis verbis exprimere satis possumus. Venerabiles enim fratres Hypatium, et Cyrillum, Episcopos (f. 51), ab Archiepiscopo et ruthenis Episcopi ad nos missos, ut se ad Catholicae Romanae Ecclesiae corpus adiungi, suppliciter a nobis peterent, omni cum humanitate exce-

---

[266] Joannes (Janusz) Ostrožskyj, filius natu maior Constantini Ostrožskyj; transiit ad ritum latinum circiter anno 1580, Castellanus Cracoviensis (usque ad annum 1620). Obiit anno 1620, ultimus ex ducibus Ostrogensibus, in linea masculina.

pimus, et postquam fidem catholicam rite professi sunt, et nobis, atque huic Sanctae Sedi veram obedientiam praestiterunt, et hac quidem tam suo proprio, quam eorum qui eos miserunt procuratorio nomine, quos etiam eadem omnia quam primum in Russia confirmaturos, et rata habituros spoponderunt, nos ad Dei gloriam, christianae fidei incrementum Ruthenos ad gratiam, et communionem nostram, et sanctae Romanae Ecclesiae admisimus, et recepimus.

Cupientes autem Episcopos fratres nostros, et nationem illam in fide et caritate firmius radicari, et coalescere, praeter caetera paternae benevolentiae nostrae erga illos indicia, hoc imprimis insigne praestitimus, ut Sigismundo Poloniae Regi, filio nostro carissimo, eos quam diligentissime commendaremus, tum ab eo nominatim peteremus, ut eos inter Senatores ecclesiasticos Regni adnumeraret, ut hoc illustri beneficio et Episcopos ipsos, et gentem illam arctius sibi obstringeret, et ad obedientiam et unitatem catholicae Ecclesiae retinendam tanto efficatius permoveret. Quia vero non ignoramus quam multis modis et possis, et velis huic Ruthenorum conversioni, et cum Ecclesiae corpore conglutinationi (51v) conservandae prodesse, Nobilitatem Tuam in Domino hortamur, ut tua opera et auctoritate Archiepiscopum, et Episcopos ruthenos, iam ut fratres, et membra nostra senatoria dignitate ornandos, cures, cum aliis catholicis Episcopis quando tamen et fidei integritatem, et obedientiam erga hanc Sanctam Sedem retinuerint. Deus, et pater misericordiarum, qui hoc bonum operatus est, illud confirmet, atque adaugeat, ut tibi quem paterne diligimus, et publico, et privato nomine saepe gratulemur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

181.

Romae, 7. II. 1596.

Breve gratiarum actionis Episcopis ruthenis datum, quo etiam hortantur, ut rata habeant ea omnia, quae ab Oratoribus eorum Romae conclusa sunt, in Synodo provinciali convocanda.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 23 fol. 46-49v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 51v-55r, nr. 56.
THEINER A., *Monumenta Poloniae et Lithuaniae*, t. III, pag. 250-2, nr. 197.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 256, nr. 146.

Veneralibus fratribus Archiepiscopo Metropolitae, Kioviensi, et Haliciensi,

ac totius Russiae, et Gregorio nominato Archiepiscopo, electo Episcopo Polocensi, Vitebscensi, et Joanni electo Episcopo Pinscensi, et Turoviensi, et Michaeli Episcopo Premisliensi, et Samboriensi, et Gedeoni, Episcopo Leopoliensi, et Dionysio Episcopo Chelmensi, nationis Russorum, seu Ruthenorum.[267]

CLEMENS PP. VIII. Venerabiles fratres, salutem et Apostolicam benedictionem.

Benedictus sit pastor ille bonus et princeps pastorum, qui animam suam posuit pro ovibus suis, qui venit, ut eas dispersas (52) adduceret, et congregaret, ut omnes unum sint, sicut ipse et pater unum sunt; benedictus sit ipse, qui dives est in misericordia, et secundum divitias bonitatis suae fecit vobiscum, et replevit nos gaudio spirituali propter conversionem vestram, ad hanc vestram matrem carissimam sanctam Romanam Ecclesiam, quae est magistra, et mater omnium Ecclesiarum, quae materno affectu iam pridem hoc expetebat, et assidue precabatur a patre luminum, qui dat spiritum bonum, et sapientiam his, qui invocant eum in veritate. Deus enim ipse caelesti sua luce corda vestra collustravit, ut veterum errorum tenebris disiectis, agnosceretis, quia unus est Deus, et una fides, et una Ecclesia Catholica, et Apostolica supra unum Petrum Apostolorum Principem fundata, cui Christus ipse, qui portat omnia verbo virtutis suae, immobilis petrae firmitatem dedit, cui oves suas, et agnos credidit, iussitque ei, ut ipse confirmaret fratres suos Episcopos, qui in partem sollicitudinis vocantur, et veluti caput omnia membra regeret; unum est enim visibile caput Ecclesiae Catholicae, unus in terris Vicarius aeterni Sacerdotis, et Episcopi animarum nostrarum Jesu Christi, summus Romanus Pontifex, beatissimi Petri Apostoli successor, cui qui non adhaeret, longe a via salutis aberrat, et qui cum eo non collegit, dispergit. Recte igitur, fratres, et pie, ac prudenter Spiritu sancto auctore statuistis, venire ad montem Domini, et ad Domum Dei Jacob, ut doceret vos vias suas, et ambularetis in semitis eius. Misistis enim ad nos Oratores (52v) vestros, pios, et religiosos homines, et Dei zelo praeditos, Venerabiles fratres Hypatium Vuladimiriensem, et Brestensem, et Cyrillum Luceoriensem, et Ostrosiensem Episcopos, qui litteras vestras nobis reddiderunt, quibus significatis, cupere vos vehementer corpori Christi, quod est Ecclesia Catholica, adglutinari, et ad nostram, et Romanae Ecclesiae communionem admitti, quemadmodumolim miores vestri in sacra gene-

[267] Breve Clementis VIII, quo Synodus Ruthenorum (Berestensis) convocanda indicitur et modalitates praescribuntur, ut Unio cum Ecclesia catholica declaretur actu publico.

rali synodo Florentina admissi sunt, ac propterea vos iisdem Episcopis, et procuratoribus vestris mandata dedisse, ut vestro, et eorum proprio, totiusque cleri, et populi nationis vestrae nomine huic sanctae sedi, et humilitati nostrae, uti summo pastori Ecclesiae Christi debitam obedientiam deferrent. Nos igitur, qui pro nostro pastorali officio, nihil aliud quaerimus, quam animas Christo lucrari, et fidem catholicam propagare, eosdem vestros Coepiscopos, tanquam Nuntios pacis omni humanitate excepimus, idque tanto impensius, quod carissimus filius noster Sigismundus Poloniae, et Sueciae Rex, de vestra salutari deliberatione ad nos scriptis, totumque hoc conversionis vestrae et membrorum ad caput conglutinationis pium negocium accurate commendaverat, quod nonnulli item Venerabiles fratres nostri poloni Episcopi fecerunt. Quare petitionibus, et oblationibus vestris consideratis, quas iidem Episcopi, et procuratores vestri detulerunt, et omnibus gravi, et prudenti consultatione examinatis, et deliberatis, tandem ad laudem, et gloriam Dei Omnipotentis, ad sanctae (53) Ecclesiae exaltationem, et fidei catholicae incrementum statuimus vos, et clerum, populumque vestrum intra Ecclesiae Catholicae gremium recipere, et ad nostram, et sanctae Romanae Ecclesiae Unionem admittere. Quod ut ritu magis solemni fieret, certo praestituto die, qui fuit tertius, et vigesimus proximi mensis Decembris, sacro quatuor temporum anni ieiunio, et Vigilia Natalis Domini insignis, Venerabiles fratres nostros S.R.E. Cardinales totumque sacrum, et amplissimum Collegium convocavimus, quibus nobiscum considentibus, multis etiam praesentibus Praelatis, et viris honoratis Aulae Romanae, duos Episcopos et Oratores vestros introduci, vestrasque litteras, et decretum de Unione cum Romana Ecclesia petenda, et obedientia nobis uti capiti, et summo Ecclesiae pastori praebenda, clara voce legi iussimus, primum rutheno vestro sermone, deinde latino; mox iidem Episcopi duo catholicae fidei professionem de scripto fecerunt, tam suo quam vestro nomine omnesque haereses, et schismata, et errores detestati sunt, et eos praesertim, qui vos hactenus a Sancta Romana Catholica Ecclesia separarunt, et disiunxerunt, et nobis, qui licet indigni, et meritis impares, Deo tamen ita disponente, beati Petri locum, et auctoritatem tenemus, successoribusque nostris, et sanctae huic Apostolicae Sedi perpetuam obedientiam praestiterunt, quam nos una cum iisdem fratribus nostris Cardinalibus accepimus, et duos Episcopos Oratores vestros, et te frater Archiepiscope, et vos omnes Episcopos, corpore quidem absentes, sed spiritu praesentes, uti fratres et membra nostra una cum clero, et populo vestro (53v) complexi sumus, caritate sincera, in visceribus intimis Jesu Christi, tanto nostro cum gaudio, et omnium, qui aderant, quantum ne cogitatione quidem facile quamquam aestimare, ne dum verbis exprimere satis licet.

Ergo in aeternum benedicta sit sancta, et individua Trinitas, quia fecit nobiscum misericordiam suam.[268]

Fratres vero nostros Hypatium, et Cyrillum, Episcopos, Praelatos nostros domesticos et Assistentes fecimus, qui saepius nobiscum interfuerunt ad sacrum et tremendum sacrificium, et solemnes divinorum officiorum functiones, et precipue in Basilica religiosissima ad venerandum corpus Principis Apostolorum, ut verae unionis, et communicationis in Christo manifesta signa extarent, eosdem autem, cum opus fuit, benigne ad nos privatim etiam admisimus, et dum hic fuerunt omni cum humanitate tractari iussimus, et descendentes, omni erga vos, et illos benevolentiae significatione prosecuti sumus.[269] Quae enim expetere visi sunt, libenter, quantum cum Domino licuit, concessimus, ritus enim et ceremonias vestras, quae fidei catholicae integritatem, et mutuam nostram coniunctionem nequaquam impediunt, eadem ratione, et modo, quo a Concilio Florentino permissum est, et nos quoque vos retinere permisimus. Sigismundo Regi, filio nostro carissimo, vos, et ecclesias vestras, earumque bona efficaciter commendavimus, atque ab eo petivimus, ut non solum vos, et vestra sua ope, et auctoritate tueatur, sed etiam ut vos omnes, et amplificet, et senatoribus Regni adscribat, quamdiu in Ecclesiae Romanae obedientia (54), et fidei catholicae integritate permanseritis, quod Deo auxiliante, perpetuo fore speramus.[270] Quo de negotio scripsimus etiam diligenter ad complures Regni Senatores ecclesiasticos, et saeculares, denique quantum cum Domino potuimus dedimus operam, ut viscera nostra paterna Episcopi ipsi Oratores, et Collegae vestri, qui visitatis de more beatorum Apostolorum Petri, et Pauli liminibus, et caeteris almae huius Urbis Basilicis, et sanctorum Martyrum reliquiis pro cultu veneratis, ad vos cum nostra benedictione revertuntur, quorum zelum et prudentiam, et in agendo sedulitatem in Domino commendamus.

Reliquum nunc est, ut vos quae Romae acta sunt a procuratoribus vestris, eadem animi alacritate, et sinceritate rata habeatis, et confirmetis. Eius rei causa volumus, ut tu, frater Archiepiscope, nostra etiam auctoritate suffultus, synodum provincialem indicas, et Episcopos tuos convoces, ut singuli profiteamini in publico conventu fidem catholicam ex eadem formula integre, quemadmodum Episcopi duo Oratores vestri hic professi sunt.[271] Haec enim fidei professio, quam S. R. E. docet, fides est Petri, et

---

[268] Cfr. Instrumentum professionis fidei diei 23 decembris 1595, sub nr. 142, ubi haec omnia diffuse decribuntur.

[269] Cfr. ex gr. documentum sub nr. 147.

[270] Cfr. sub nr. 171, de dat. 7.II.1596.

[271] Cfr. nnr. 143, et 144.

Apostolorum, fides est Patrum, et orthodoxorum, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Tum eodem modo nobis, et huic Sanctae Apostolicae Sedi veram obedientiam (f 54v) spondebitis. Et de his omnibus, quae a vobis in Synodo acta erunt, litteras ad nos dabitis, rite conscriptas, et publica auctoritate communitas, ut ad perfectae conversionis vestrae, ad Ecclesiam Catholicam Romanam aggregationis, et unionis testificationem, et ad memoriam posteritatis perpetuam, in nostris Archivis, et Tabulariis conserventur.[272] Scripsimus autem et ad latinos Episcopos, fratres nostros, Archiepiscopum Leopolis, et Episcopos Luceoriensem, et Chelmensem, ut in eadem Synodo vestra interesse velint, ut haec inter fratres unio tanto profundiores caritatis radices agat, et tanto firmius in Domino coalescat.

Agite fratres, confitemini Deo Caeli et coram omnibus viventibus date gloriam nomini eius, qui facit mirabilia magna solus, qui vos in viam pacis, et salutis direxit, et vos nobiscum coniunxit, et statuit supra petram pedes vestros, ut non essetis veluti parvuli fluctuantes omni vento doctrinae, sed ut viri perfecti in plenitudine Christi, stabiles essetis in fide, et nobiscum una ambularetis in Domo Dei cum consensu. Conservate hanc mentem, fratres, conservate pacem, et caritatem, quae est vinculum perfectionis, conservate sanctam humilitatem, quae diaboli machinas prosternit, et Domino summopere placet, qui dixit: discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Pascite gregem vestram verbo, et exemplo, et (f. 55) docete eum viam bonam, et obedientiam erga Apostolicam Sedem, et Romanam Ecclesiam, ut cum eo ad gaudia aeterna perveniatis.

Postremo orate pro nobis, ut gravissimum hoc pastoralis officii onus in hac temporum acerbitate ipso adiuvante, qui dat omnem sufficientiam, et infirmum corroborat, ad eius gloriam fortiter sustineamus.

Gratia Dei sit vobiscum fratres, quibus nostram Apostolicam benedictionem amantissime impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

182.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Episcopos ruthenos et eorum negotia Episcopo Leopoliensi commendat, eumque invitat et hortatur, ut in Synodo convocanda nomine Sedis Apostolicae praesideat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 49v-50v.

---

[272] Cfr. infra, sub dat. 18.X.1596 et originale documentum in *Tabulis*. Revera documentum conservabatur in Archivo Arcis.

ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 55r-56v, nr. 57.
THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae*, t. III, pag. 254, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 260, nr. 146.

Venerabili fratri Joanni Demetrio, Archiepiscopo Leopoliensi.[273] CLEMENS PP. VIII-us. Venerabilis frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

In hac temporum acerbitate, in qua tam crebrae existunt dolendi causae iis, qui zelum Dei habent, non cessat pater misericordiarum Deus spiritualis gaudii materiam praebere Ecclesiae suae Sanctae, et nos consolari in omni tribulatione nostra. Ecce enim, Venerabilis fratris nostri, Michaelis Archiepiscopi Ruthenorum et Coepiscoporum eius, ut Fraternitati Tuae notum est, corda tetigit Deus, et tenebras disiecit, et spiritum salutaris compunctionis immisit, ut quaererent viam bonam, et redirent longo tamen (f. 55v) intervallo ad suam, et omnium fidelium matrem, et magistram Romanam Ecclesiam. Nam suos oratores, et procuratores ad nos, et Apostolicam Sedem miserunt, cum litteris, et mandatis, Venerabiles fratres Hypatium, et Cyrillum, Episcopos, qui suo et Coepiscoporum nomine suppliciter petierunt, admitti se ad communionem, et unitatem Ecclesiae catholicae, quae sub uno visibili capite, summo Romano Pontifice toto orbe terrarum diffusa est, extra quam Ecclesiam nulla est salus.

Nos igitur, qui nihil aliud quaerimus, aut vehementius optamus, quam oves disperas congregare, et ad ovile Christi perducere, eisdem Episcopis et Oratoribus suo, et aliorum nomine, fidem catholicam rite coram nobis, et fratribus nostris Cardinalibus professis, et veram obedientiam spondentibus, ac praestantibus nobis, licet immeritis, uti legitimo tamen beati Petri successori, et Christi in terris Vicario, paternae caritatis sinum aperuimus, et tam ipsos praesentes, quam caeteros, a quibus missi erant, absentes ad communionem et unitatem Ecclesiae Catholicae admisimus, et recepimus, ea lege ut idem Archiepiscopus, et caeteri Episcopi quae hic coram nobis ab eorum procuratoribus, duobus Episcopis, ipsorum etiam nomine, acta sunt, comprobent, et rata habeant, (f. 56) fidemque catholicam ex eadem praescripta formula profiteantur, et nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris veram obedientiam spondeant, et iurent, quemadmodum eos rite facturos, procuratores dicti promiserunt.

Huius rei causa iniunximus eidem fratri nostro Michaeli Metropolitae, ut Synodum Episcoporum suorum indicet, et convocet, atque haec quae

---

[273] Joannes Demetrius Solikowski, Archiepiscopus Leopoliensis ritus latini (1582-1603).

tanti momenti sunt, atque ad ipsorum totiusque cleri, et populi ruthenici salutem adeo sunt necessaria, sedulo, et quam primum exequatur, quae ut recte et ordine tanto magis fiant, et ut inter latinos, et ruthenos Episcopos fraterna caritas firmius in Domino coalescat, existimavimus expedire, ut tu frater in primis, aliique praeterea Episcopi duo, Luceoriensis et Chelmensis, ad quos etiam scripsimus, eidem provinciali synodo intersint.[274]

Quare Fraternitatem Tuam hortamur, ut quod commodo tuo facere possis, huius pii muneris officio fungaris, ruthenosque Episcopos tuo aspectu recrees, et opera iuves, quos tibi etiam in universum valde commendamus, nominatim vero, ut eorum desiderio tua auctoritate faveas, nimirum ut inter senatores Regni et ipsi quoque adnumerentur, quo certe loco, et honore digni habendi sunt, posteaquam Ecclesiae Catholicae corpori iterum inserti, et membra nostra effecti sunt, de quo item scribimus ad carissimum (f. 56v) filium nostrum Regem, ut eos hoc ornamento augeat, quandiu quidem permanserint in fide, et obedientia Romanae Ecclesiae.

Quod reliquum est, frater, da operam, ut facis, ut gregem tibi creditum, ad caelestia pascua, Dei adiutrice gratia, perducas. Ora etiam pro nobis, qui te paterne amamus, et virtutem, ac pietatem tuam plurimi facimus, ut his difficillimis temporibus onus nostrae pontificalis sollicitudinis gravissimum ad Dei gloriam perferamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

183.

Romae, 7. II. 1596.

Bernardo Episcopo Luceoriensi Sedes Apostolica commendat, ut Synodo Ruthenorum congregandae participaret resque Ecclesiae et Episcoporum ruthenorum, praesertim negotium senatorium promoveret.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 50v-51v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 56v-57v, nr. 58.
THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae*, t. III, pag. 256-7, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 261, nr. 147.

Venerabili fratri Bernardo, Episcopo Luceoriensi.[275]

---

[274] Cfr. infra nr. 183 et 184. Hi revera aderant in Synodo Berestensi diebus 6-9 octobris 1596 celebrata.

[275] Bernardus Maciejowski, Episcopus Luceoriensis (1588) dein Vilnensis et tandem Cracoviensis (ab an. 1600). Anno 1603 creatus cardinalis. Obiit 19.I.1608.

CLEMENS PP. VIII-us. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Quanta portio ad Fraternitatem Tuam pertineat huius gaudii quo nunc in Domino fruimur, de ruthenorum Episcoporum ad Romanam Catholicam Ecclesiam conversione, plane scimus, et pietatem tuam saepe nobis perspectam hoc etiam nomine valde in Domino commendamus; reddet tibi copiosam mercedem iustus iudex in die retributionis, qui tantopere optasti, et pro tua virili laborasti, ut divulsa membra suo capiti iterum unirentur. Fratres nostri Hypatius, et Cyrillus, Episcopi (f. 57), qui a fratre nostro Michaele Metropolita aliisque Episcopis ruthenis ad nos, et ad hanc Sanctam Sedem oratores, et procuratores sunt missi, iam rite omnia egerunt, quae agenda hic fuerant, nam et procuratorio nomine, et proprio veteres errores, et eos maxime, qui Ruthenos ab huius Sanctae Apostolicae Sedis communione seiungebant, damnarunt, fidei professionem ex formula praescripta fecerunt, nobisque uti legitimo Christi in terris Vicario, quamquam indigni, et meritis impares sumus, debitam obedientiam praestiterunt. Postremo promiserunt Archiepiscopum, et Episcopos supradictos haec eadem quamprimum exacte, ut par est, facturos. Eam ob causam scribimus inter cetera eidem fratri nostro Archiepiscopo, ut suorum Episcoporum Synodum convocet, et quae Romae per eorum procuratores acta sunt, rata habeant, et confirment, fidei professionem emittant, et eorum subscriptione communitam ad nos transmittant, et denique omnia ritu solemni exequantur, quae eorum officii ratio postulat, ut perfecto nexu in vinculo caritatis nobiscum constringantur.

Existimavimus autem opportunum fore, ut duo, vel tres Episcopi poloni in eodem Episcoporum ruthenorum Conventu intersint, tu scilicet, et Archiepiscopus Leopolis, et Episcopus Chelmensis, ad quos etiam hac ipsa de re scripsimus;[276] id enim ad fraternam caritatem alendam (f. 57v) Ruthenosque catholicae Ecclesiae arctius conglutinandos pertinere arbitramur. Tum quae agenda diximus accuratius, et diligentius fient, te praesertim adiutore, qui hanc salutarem causam peculiari zelo complexus es.

Itaque pergratum nobis, si interesse potueris. Et quia fratres nostros Episcopos ruthenos iam uti membra nostra omni amoris significatione, quantum cum Domino licet, prosequi cupimus, scripsimus efficaciter ad carissimum filium nostrum Sigismundum Regem, ut eos inter Regni Senatores Ecclesiasticos adscribat, quamdiu quidem in fide catholica, et nostra ac sanctae Romanae Ecclesiae obedientia permanserint.

Age frater, et in hoc quoque ruthenos Episcopos adiuva, ut hoc

---

[276] Cfr. litteram praecedentem et subsequentem.

quoque beneficio obstricti, pergant in via salutis, et in sancto proposito firmius inhaereant totaque natio illa in corde perfecto ad Dominum, et ad matrem suam Romanam Ecclesiam convertatur, quod et pio tuo zelo sponte facturum, nostro hortatu impensius facturum non dubitamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

184.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Episcopo Premisliensi Episcopos ruthenos eorumque negotia, et in specie senatoriale, commendat.

ASV, *Ed. ad Principes*, vol. 28, fol. 51v-52v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 58r, nr. 59.
THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae*, vol. III, pag. 256, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 262, nr. 148.

Venerabili fratri Laurentio, Episcopo Premisliensi.[277]

CLEMENS PP. VIII-s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Reduxit Pastor bonus, et Princeps Pastorum oves aberrantes ad ovile suum, fratres nostros, videlicet Michaelem Archiepiscopum Ruthenorum, et eius Coepiscopos ad sanctam Ecclesiam Romanam, omnium Ecclesiarum matrem, et magistram; nam quemadmodum Fraternitas Tua novit, miserunt ad nos Oratores suos, Venerabilis fratres Episcopos Hypatium et Cyrillum, prudentes et religiosos viros, qui omni cum humilitate a nobis petierunt, ut ad nostram et huius Sanctae Apostolicae Sedis gratiam, et communionem admitterentur. Quare cum veteribus erroribus condemnatis, et iis maxime quorum causa a nobis hactenus disiuncti fuere, fidei catholicae professionem, tam suo proprio, quam procuratorio nomine rite fecissent, et nostrae humilitati, qui licet immeriti Christi in terris vicem gerimus, veram obedientiam detulissent, et cum eundem Archiepiscopum et collegas Episcopos, quae ab ipsis acta sunt rata, et grata habituros promisissent, nos ad Dei gloriam et fidei catholicae exaltationem, et incrementum ruthenos Episcopos cum clero et populo ad Ecclesiae unitatem recepimus, et tamquam membra ad caput univimus, et adiunximus. Quo nomine bonis omnibus et tibi frater, cuius

[277] Laurentius Goslicki, Ep. Peremysliensis latinorum (1591-1601) dein vero Posnaniensis (1601-1607).

zelum non ignoramus, nominatim gratulamur, (f. 58v). Huc enim omnia studia, e labores referri debent, ut animas Christo lucremur.

Quare cupientes, ut iidem rutheni Episcopi, in fide, et caritate nobiscum perseverent, et Deo iuvante firmius coalescant, praeter caeteras amoris significationes, quibus eos et praesentes, et absentes prosecuti sumus, hoc praecipue honoris, et ornamenti eis procuramus apud carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem, ut Archiepiscopus, et Episcopi rutheni inter ecclesiasticos Regni Senatores, non secus, ac caeteri catholici Episcopi numerentur, quamdiu quidem et fidem catholicam, quam professi sunt, integram conservaverint, et in nostra atque Apostolicae Sedis debita obedientia permanserint. Ob eam causam illos quoque Fraternitati Tuae commendamus, ut opera, et auctoritate tua eos iuves, et iam ut fratres, et membra eiusdem corporis in Christo complectaris, quod pro tua pietate, et rei aequitate, et spirituali fructu, qui inde emanare potest, te ultro facturum, et pro tua in nos, et hanc Sanctam Sedem devotione propensius facturum plane confidimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

185.

Romae, 7. II. 1596.

Clemens VIII Episcopo Chelmensi res Ruthenorum unitorum commendat eique iniungit, ut Synodo Ruthenorum participaret.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 52v-53v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 59r-60r.
THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 255, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pat. 363, nr. 149.

Venerabili fratri Stanislao, Episcopo Chelmensi.[278]

CLEMENS PP. VIII-s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Commune gaudium est, et vestrum peculiare, quod fratres nostri Michael Archiepiscopus Metropolita, et Episcopi rutheni ex veterum errorum tenebris in lucem veritatis emerserunt, Dei gratia iuvante, ex qua bona omnia promanant. Iam enim fratres nostros Hypatium, et Cyrillum, Episcopos, pios, et prudentes viros, eorum oratores, ad nos missos benigne excepimus, qui tam proprio suo quam procuratorio eorum, a qui-

[278] Stanislaus II Gomolinski, Episcopus Chelmensis (1591-1600), dein Luceoriensis (1600-1604), in qua Sede obiit.

bus missi sunt, nomine, fidei catholicae professionem fecerunt, et humilitati nostrae, qui licet immeriti, beatissimi Apostolorum Principis locum et auctoritatem tenemus, veram et debitam obedientiam reddiderunt, atque haec eadem Archiepiscopum, et Coepiscopos suos facturos, et comprobaturos primo quoque tempore promiserunt.

Benedictus in aeternum sit Deus, et pater misericordiarum, qui oves aberrantes ad ovile reduxit, et membra divulsa iterum capiti suo univit, atque adiunxit.

Nunc autem cum iidem duo Episcopi, et oratores Hypatius, et Cyrillus in Russiam revertantur, scribimus ad eundem Michaelem Archiepiscopum ut suorum episcoporum Synodum congreget, quae Romae a suis procuratoribus acta sunt rata habeant, et confirment, fidem profiteantur ex eadem formula praescripta (f. 59v) et rite subscriptam ad perpetuam rei testificationem ad nos transmittant, obedientiam nobis, et huic Sanctae Sedi praestent, et caetera, quae tanti negotii ratio postulat, sedulo exequantur. In ea vero Synodo aliquos ex fratribus etiam nostris polonis Episcopos interesse sane utile fore existimamus, ut Ruthenae Nationis Episcopi hoc adiumento corroborentur in fide, omnia cum maiori cura et dignitate fiant, et mutuum fraternae caritatis vinculum validius adstringatur; delegimus autem Fraternitatem Tuam propter tuam pietatem, et prudentiam, ut in eadem Synodo intersis una cum fratribus nostris Joanne Demetrio Archiepiscopo Leopolis, et Bernardo Episcopo Luceoriensi, ad quos item hac ipsa de re scripsimus. [279]

Et quia viscera nostra paterna multis in rebus ostendimus ruthenis Episcopis, tam his qui ad nos venere, quam eorum Archiepiscopo, et Coepiscopis absentibus, illud praecipue ad eos ornandos, atque ut haec membra recenter corpori conglutinata firmiter coalescant, apud carissimum filium nostrum Sigismundum Regem vestrum per litteras procuramus, ut scilicet inter Ecclesiasticos Senatores Regni rutheni etiam Episcopi connumerentur, et quando nostram, et Apostolicae Sedis gratiam, et communionem sunt consecuti, quamdiu quidem in eiusdem sedis obedientia permanserint, eodem quo caeteri Episcopi catholici iure, et honoribus (f. 60) perfruantur. Erit nobis gratum, si tu quoque ad hoc ornamentum consequendum eos tua opera, et auctoritate adiuveris quod nationi illi magis obstringendae, et fidei propagationi usui fore, Deo auxiliante, confidimus. Optamus te frater in tuo pastorali officio prospere agere, et de mutiplici animarum lucro in Domino gaudere.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

---

[279] Cfr. supra nnr. 182, 183. Aderat in Synodo Berestensi.

186.

Roma, 7. II. 1596.

Episcopi rutheni eorumque negotium senatoriale Episcopo Cuiaviensi commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 28, fol. 53v-54v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 40, fol. 60r-61r.
THEINER A., *op. cit.*, III, pag. 255-6, nr. 188.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 265, nr. 150.

Venerabili fratri Hieronymo, Episcopo Cuiaviensi.[280]

CLEMENS PP. VIIIs. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Misericordia Domini plena est terra, et miserationes eius super omnia opera eius. Ecce enim Deus noster tenebras convertit in lucem, et eos qui longe erant prope ad nos adduxit, ut sint unum nobiscum in fide, et caritate. Etenim, ut novit Fraternitas Tua, fratres nostri Michael Archiepiscopus, et eius Coepiscopi rutheni miserunt ad nos oratores suos, praestantes viros Hypatium, et Cyrillum, Episcopos, qui supplices a nobis petiere, ut eos ad gratiam, et communionem nostram, et huius Sanctae Apostolicae Sedis admittermus. Se enim omnes veteres errores abiicere, Romanam (f. 60v) Ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem et magistram, agnoscere, paratos se esse fidem catholicam profiteri, nobis debitam obedientiam praestare, et summam Romani Pontificis in Ecclesia universali potestatem aperte confiteri. Quae cum omnia publice, ac rite essent executi, tam suo, quam procuratorio nomine Archiepiscopi, et collegarum suorum, et insuper promisissent, illos pariter quaecumque ab ipsis Romae acta essent, eodem modo in Russia rata habituros, et confirmaturos, nos vicissim, qui, licet immeriti, illius locum in terris tenemus, qui venit procurare, et salvum facere quod perierat, viscera paternae dilectionis illis aperuimus, et intra sinum Romanae Catholicae Ecclesiae illos recepimus, et admisimus, et omni amoris significatione prosecuti sumus. Haec enim membra olim divulsa, nunc per Dei gratia suo capiti conglutinata, quam arctissime nobiscum coniungi optamus.

Quamobrem tibi etiam magnopere commendamus ruthenos Episcopos, ut eos omnibus in rebus quibus poteris, poteris autem pro tua acutoritate, et zelo sane plurimis, adiuves ac foveas. Nominatim vero in eo operam tuam adhibeas, ut inter Regni senatores connumerentur, quamdiu tamen

---

[280] Hieronymus Rozrazewski (1581-1600). Obiit Romae die 9.II.1600.

fidem catholicam inviolatam servaverint, et summo Pontifici atque huic Sanctae Sedi obedientiam tribuerint, qua de re scripsimus accurate ad carissimum filium nostrum Sigismundum (f. 61) Regem. Ex eo autem multa bona proficisci posse, ut tam insigni beneficio Episcopi illi, et eorum natio obstringatur, tu pro tua prudentia optime intelligis.

Tibi vero, frater, quem sincere corde semper amavimus, et cuius virtutem plurimi semper fecimus, nostram paternam, et Apostolicam beneditionem impartimur, tibique caelestis gratiae copiam precamur, ut gregem tibi creditum ad aeterna caeli pascua perducas.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VII Februarii 1596, Pontificatus Nostri Anno quarto.

187.

Cracovia, 9. II. 1596.

De Episcopo Kioviensi latino eiusque concordia cum cosacis.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 114v (reg.).
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 105, nr. 561.

Al Sig. Cardinale San Giorgio, li 9 di Febraro 1596.

(f. 114v)...

Il Vescovo di Chiovia,[281] quale fa la sua residenza con li Cosacchi, ha loro ultimamente dato lo scritto, che sarà con questa mia, pieno di seditione, et se bene è riputato per vano, et leggiero, nondimeno secondo il capto di quelli cervelli inquieti si giudica assai accomodato alli fini, che essi hanno. Si consulta, che cosa si debba fare per reprimere la petulantia del sopradetto Vescovo.

. . .

188.

Roma, 10. II. 1596.

Expensae in confectione paramentorum pro Episcopis Ruthenis solvuntur secundum mandatum Clementis VIII.

Archivio di Stato di Roma, *Fondo Camerale*: XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, v. 1579, fol. 63096)v.

1596. X di febraro.

---

[281] Josephus Wereszczynskyj, Ep. Kioviensis latinus (1588-1599).

A Mario et Ottavio Routi, s. 595.06 à conto delle robbe date per li Vescovi Ruteni 595.06.

Alli detti s. 353.76 per tutte le robbe date alla Camera per tutto il 17 d'Aprile 95 - 353.76.

189.

Roma, 10. II. 1596.

Expeditio Ep. Ruthenorum Roma; viaticum 2 millia scutorum; conditio successus - dignitas Senatoria pro Episcopis Ruthenis.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 18, fol. 359rv.

Risponderò più brevemente del solito...

Li Vescovi Rutheni se ne verranno quanto prima, poiche già le cose loro tutte sono espedite à piena sodisfattione, et Nostro Signore gli hà fatto donare duemila scudi per il viatico.

La perpetuità dell'opera dipenderà da quel che rimane costi, et in spetie nell'honorarli dell'ordine Senatorio. Non posso essere più lungo, però me le raccomando pregandole, etc.

Di Roma, li X di Febraro 1596.

190.

Polonia, post 10. II. 1596.

Quid faciendum, si Rutheni veniunt in Concilium Nationale Poloniae, Unionis causa.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 118r.

Requisita ad rite perficiendum concilium nationale.

. . .

5. Si forte Graeci ad concilium unionis causa venire voluerint, in eo casu quid faciendum informatio a Sede Apostolica petenda.[282]

191.

Romae, 13. II. 1596.

Mandatum Clementis VIII, ut solvantur expensae confectionis vestium liturgicarum Episcopis ruthenis dono datarum.

Archivio di Stato di Roma, *Fondo Camerale*, VII: Registri dei Mandati Camerali, vol. 945 (1594-96), fol. 85v.

Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 266, nr. 151.

---

[282] Episcopi rutheni propriam Synodum constituerunt, in qua res eorum expedierunt.

Per trina et bottoni d'oro et argento per guarnire li paramenti da messa che se donano alli Vescovi Rutheni.

... 153.20

Mons. Cesi etc. ordinarete a Gioseppe Giustiniano, nostro Depositario generale, che paghi alli Heredi di Cristofano Raggi scudi centocinquantatrè et b. 20 di moneta, che se li fanno pagare per il prezzo de once centodicinove di trina d'oro et argento, et bottoni numero 130 simili dati a Girolamo Mainardi nostro banderaro per guarnicione de paramenti da messa, che da Noi si donano alli Vescovi rutheni, et paghati vogliamo da la Nostra Camera Apostolica, quali siano accettati, et fatti buoni alli suoi conti della Depositaria Generale.[283]

Del Nostro Palazzo Apostolico, dì 13 febraro 1596.

CLEMENS PP. VIII

Fu dato l'ordine da mons. Thesoriero da Nattano a 16 detto.

... 153.20

192.

Roma, 15. II. 1596.

Expensae in confectione paramentorum Episcoporum Ruthenorum factae solvuntur secundum ordinem Clementis VIII.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, vol. 1579, fol. 64(95)r.

1596. A XV detto (= febraro).

A Donativi, s. 153.20 pagati à Heredi di Cristofano Raggi per trine d'oro date per mettere sopra li paramenti delli Vescovi Ruteni.

... 153.20

193.

Romae, 23. II. 1596.

Metropolitae Ruthenorum conceditur facultas consecrandi Episcopos sui Ritus, Ecclesiis vacantibus, qui tamen Metropolita a Romano Pontifice debeat confirmari.

ASV, *Archivio dei Brevi Apostolici*, vol. 372, fol. 76-83.
THEINER A., *op. cit.*, vol. III, pag. 260-2, nr. 189.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 266-268, nr. 152.

---

[283] De donatione vestium liturgicarum cfr. infra documenta sub nr. 194 et 195, ubi etiam eorum descriptio habetur.

CLEMENS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

L'aiuto deve essere di gente et di danari. Di gente, perchè la Maestà Sua deve avere assistenza di persone, che siano delle più principali famiglie del regno, per assicurarsi da ogni novità, che potesse nascere nella sua absenza, et deve procurare che diversi Signori mandino soldati a loro spese, come fecero l'altra volta, et in tanto maggior numero di all'hora, quanto è fatto il bisogno maggiore. Di danari, per haver nervo de' soldati, che sia proporcionato a quello che haverà il Duca Carlo. Per indurre gli Ordini a somministrare questo aiuto, ritrovarà la Maestà Sua le tre infrascritte difficultà: se li Polacchi dovranno esporre la vita, et facultà di recuperare il Regno di Suecia, pretenderanno che ciò sia congionto con utilità publica et privata loro. Per il publico ricercaranno la Estonia. Per il privato, ogni sorte di gente vorrà vendere caro l'aiuto che si darà, et la fede che dovranno mantenere a Sua Maesta nell'absenza sua. Li heretici pretenderanno qualche libertà maggiore; li Lithuani un Vescovo Lithuano; li scismatici et Rutheni che la Unione non si perfettioni; li mali contenti, di essere contentati.

Quanto poi al modo dell'andare, vorranno, come haveano detto, che resti sicuro questo Regno, et però si havrà da essi in consideratione la esterna et interna pace; quanto alla esterna, comprenderanno la osservanza della trattatione Bedzinense, et l'assicuratione delle Valacchie; et quanto alla domestica, l'introdurre concordia tra li dissidenti nel Regno, et finalmente che resti presidiato il Regno; et in questo ultimo punto si havrà difficultà, perchè forsi il Sig. Cancelliere giudicarà che il presidio, che si può tenere con il denaro della quarta, non è sufficiente per l'esterna, et domestica sicurezza, ne la nobilità vorrà acconsentire, che si alimenti maggior numero dei soldati. ...

296.

Loviciis, 13. XII. 1597.

Nuntio Apostolico inter alias res commendat Unionem Ruthenorum defendendam.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, 91 C, fol. 158-159 (orig.); idem, fol. 188-189 (copia); idem in foll. 192-193-195 (copia).

Ill.me et Rev.me Domine, Domine Observandissime.

In omnibus gravissimis ac difficillimis episcopalis numeris partibus... (fol. 158)... Deinde non ignoti sunt Ill.mae Dominationi Vestrae magni tam Haereticorum in Ecclesiam Dei Ordinemque nostrum impetus, dum confederationem et ipsius executionem in omnibus Comitiis urgent; quam Schismaticorum cum omnibus generis Haereticis adversus nos conspirantium excitati motus. In iudiciis praeterea Tribunalis Regni multa contra libertates ecclesiasticas decernuntur... (fol. 159)...

Ruthenorum etiam Unionem nisi nos ipsi unanimi consilio studioque tueamur, de illius stabilitate et diuturnitate cum aliis una omnes consulamus, nequaquam diu, quod firmiter adhuc non coaluerit, permansura videtur...

Datum ex arce Loviciensi, XIII Decembris MDXCVII.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationi Vestrae addictissimus servitor
Stanislaus, Archiepiscopus Gnesnensis m.p.[416]

(fol. 159v) Ill.mo et Rev.mo Domino meo Observantissimo, Domino Germanico Malaspinae S. Sedis Ap.licae Nuntio, Episcopo S. Severi, etc, etc.

---

[416] Stanislaus Karnkowski, Archiep. Gnesnensis (1581-1603).

297.

Varsavia, 21. XII. 1597.

De rebus religionis Regni Poloniae et de missione Alexandri Cumulei.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 12 C, fol. 98v-99.
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 263v-64 (reg.).
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. I, vol. 799, fol. 211-15v. (cop.).
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 147, nr. 649.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Quando io intesi che la Santità di N. Signore...
(f. 98v) . . .

Et però vengo a supplicare V. S. Ill.ma, che si degni di rappresentare alla Santità Sua il desiderio del'Arcivescovo et dell'Ordine Ecclesiastico, dando parte alla Santità Sua del tenore della lettera del detto Arcivescovo.

Potrà meritatamente a dimandarsi Concilio Nationale, perchè qua vi è il Primate et un altro Arcivescovo, et in esso compariranno sei nationi assai differenti di costumi, de lingua et d'altro, come sono Ruteni, Pruteni, Lituani, Livonesi, Moldavi et Pollacchi. Il frutto, che si può sperare, non è mediocre, et le coseguenze di molta consideratione massime, si Nostro Signore giudicasse, che fusse ispediente, che (f. 99) altri Regni imitassero questo ... Si potrebbe anco porre fine non solo allo scabroso particolare di Vilna, ma si solleverebbe l'aflitto et quasi smarito stato della religione in quella provincia, attesochè è aumentata l'heresia, e come riferisce l'Abbate Comuleo, si ritrovano molti, che se bene battezati, adorano nondimeno gli Idoli, oltre un numero infinito di Tartari, quali hanno il libero essercitio della Maomettana setta... Et se V. S. Ill.ma si degnerà anco di ordinare all'Abbate Comuleo, ch'assisti anch'esso come ministro di Nostro Signore a detto Concilio, sarà a mio parere attione accettata. Con che bacciando a V. S. Ill.ma per fine humilmente le mani, resto pregandole dal Sig. Iddio ogni desiderata felicità.

Di Varsavia, li 21 di Xbre 1597.

Di V. S. Ill.ma et Rev.ma humilissimo et devotissimo servitore
Germanico, Vescovo di S. Severo

(Al Sig. Cardinale San Giorgio).

298.

Janovia, 15. I. 1598.

Petrus Arcudi in negotio Seminarii Rutheni, et de pecuniis sibi debitis. Nota de filio Ep. Vlodimirien - Potij.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 96 E, fol. 37r-39v.

Ill.mo et Rev.mo Signor Patrone mio Colendissimo.

La lettera di V. S. Ill.ma et Rev.ma tanto amorevolmente scrittami non solamente ha sollevato me in speranza, ma di più ha consolato grandemente questi Rev.mi Vladici, che sperano pur una volta vedere il Seminario.[417] La onde ne tendono infinite gratie a V. S. Ill.ma della protettione et cura, che ha preso in servitio et favor loro. Et se bene a Sua Santità si rappresentano nove et importantissime spese di guerra in Italia, non di meno ci giova credere, che essendo questa opera tanto pia et spirituale, et anco tra tante altre spese, che fa la Santa Chiesa, non di molta importanza, non habbia a mancare. Per il che ne io mi moverò di qui senza espresso commandamento di V. S. Ill.ma.

Circa la mia provisione supplicarò a V. S. Ill.ma per altre mie, che fussero pagati al figliuolo del Vladica di Vladimiria[418] cento cinquanta scudi, che mi sariano stati fatti boni da suo Padre. Et perche mi trovo molto indebitato et restano duecento cinquanta altri scudi, essendo già provisione di due anni, desideraria che il resto, o vero il tutto quando fusse difficultà di pagare quelli in Roma, si commettesse a Mons. Nuntio, che me lo facesse bono, essendosi Sua Signoria Ill.ma offertami prontissima a pagarli ogni volta che gli si commetterà da Roma. Il che io riceverò per sommo favore et singular gratia dalla liberalissima mano di V. S. Ill.ma, restandole con infinito obligo, et pregandole dal Signore ogni pienezza di gratia, et felicità.

Da Janovia, li 15 genaro 1598.

Di V. S. Ill.ma et Rev.ma humilissimo et obligatissimo servitore

Pietro Arcudi (mp).

(39v) All'Ill.mo et Rev.mo Signore, Patron mio Colendissimo. Il Signor Cardinale San Giorgio. Roma.

(*sigil.*)

299.

Votodimiria, 30-1-1598.

Quaedam Convocatio ad Comitia Regni Ep. pi Hypatti Potij, ut se iustificet de obiectis sibi in negotio fidei.

Ex Archivo Metropolitarum Kioviensium, apud S. Synodum Petroburgensem. *Акты относящіеся къ исторіи западной Россіи*, T. IV, ст. 182, nr. 128.

---

[417] Tandem anno 1601 desiderium hoc ad effectum deductum fuit, praesertim cura novi Metropolitae, Hypatii Potij.

[418] Petrus Potij, qui tunc temporis Romae manebat studiorum causa, a patre Adamo Hypatio anno 1595 mense septembri ibi adductus.

Жикгимонтъ третій, Божьею милостью король Польскій, великій князь Литовскій, Рускій, Прускій, Жомойтскій, Мазовецкій, Инфлянтьскій, а Шведскій, Кготскій, Вандальскій дѣдичный король.

Тобѣ Ипатію Потѣю, владыцѣ Володимерскому и Берестейскому, зъ рамени и зверхности нашое господарской росказуемъ, абы еси передъ нами господаремъ, паны радами нашими и всѣми станы до сойму належачими, на соймѣ близко пришломъ Варшавскомъ очевистѣ и завитѣ сталъ (который соймъ въ року теперешнемъ тысяча пять сотъ девятдесять осьмомъ, отъ дня второго мѣсяца Марта отправоватися зачнетъ), на попартье противко тебе справы пословъ воеводства Волынского, которые за порученьемъ всихъ воеводства тамошнего обывателей тебе позываютъ, о то, ижъ ты посполу съ Кириломъ Терлецкимъ владыкою Луцкимъ и Острозскимъ, ексархомъ, найпервшый ексцесъ въ томъ есте учинили, ижъ ся починили послами отъ всѣхъ православныхъ христіянъ вѣры Греческоѣ до отца папежа, до Риму, которому есте и послушенство именемъ всѣхъ тыхъ обывателей, снать, отдали: чого оны вамъ николи не поручали и на то ся съ вами не згожали, але и овшемъ сталися есте послами непосланными; и, тое справуючи чого вамъ николи не поручано, надъ то важилися есте безъ воли патріарховъ, своихъ старшихъ, присягу зломать, которую есте учинили были до послушенства вѣры Греческоѣ. Зачимъ есте добра рѣчи посполитой на той хлѣбъ духовный наданые осягли были; которыхъ добръ ставшись невдячными, за тыми негодными своими справами, водлугъ уставовъ семи Соборовъ Вселенскихъ и святыхъ Отецъ правилъ, отъ всѣхъ юриздикцій и прерогативъ на васъ отъ старшихъ церкви Восточной Греческой взложоныхъ, поготовю, и отъ хлѣба до того достоенства наданого отпали есте. Надъ то важили есте ся противъ зверхнымъ своимъ, патріархомъ и ихъ намѣстникомъ, протосинкгеломъ Константинопольского и Антіохійского патріарховъ, на сунодъ Берестейскій для поправленья справъ и порядковъ церкви Греческой высланымъ,[419] тежъ противъ всѣмъ обывателемъ духовнымъ и свѣтскимъ воеводствъ Кіевского, Волынского, Минского, Мстиславского, Новгородского, Подольского, Браславского, земль Львовской, Галицкой, Перемысльской, Холмской и иныхъ мѣстъ мало не переднѣйшихъ, коронныхъ и великого князьства Литовского, яко Вилни, Львова и иншихъ (што ся зъ спису конфедераціи ихъ ширѣй оказать можетъ), зложили есте сынодъ иншій, злучившись съ ксензами Римскими (съ которыми обцованья вамъ правила святыхъ Отецъ боронятъ), и смѣли есте людей цнотливыхъ, добрыхъ, которые правъ посполитыхъ, звѣчаевъ добрыхъ,

---

[419] Nisephorus, protosyncellus.

старобытныхъ уставовъ святыхъ Отецъ церкви Восточной пилнуючи на вашу схизму не позволяли, выклинать и отъ церкви отлучать, съ которой ся сами первѣй вылучили; а за тымъ вже жадная зверхность при васъ не зостала, и владзы вже до того сами не маючи, ихъ отлучили есте. Чимъ всимъ права и привилеи отъ славной памяти продковъ нашихъ королей ихъ милости на вольности обыходовъ церкви Греческой, яко и Римской, наданые зрушаючи, всѣ права посполитые вывернуть важилися, конфедерацыю енералную згвалтили[420] и присягу нашу господарскую и свою нарушили, а за тымъ отъ добръ на тое достоенство вамъ наданыхъ слушнѣ отпадати, и винамъ въ правѣ посполитомъ на такихъ описанымъ подлегати маете, яко то вамъ отъ пословъ и инстигаторовъ земли Волынской, на соймѣ близко пришломъ, ширѣй словами обьяснено и певными доводами оказано будетъ.[421]

Писанъ у Володимери, року тысяча пятьсотъ девятдесятъ осмого, мѣсяца Генваря тридцатого дня.

Позовъ земскій Володимерскій.

300.

Varsavia, 9. III. 1598.

De discessu Nuntii Apostolici Varsavia et de intentionibus Ducis Ostrogiensis in damnum Unionis Berestensis.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 96 E, fol. 75-75v.
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 150, nr. 653.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

Ho ricevuto con grandissima allegrezza et consolatione la gratia, che mi fa la Santità di Nostro Signore di potermene ritornare alla mia Chiesa, si come V. S. Ill.ma si è degnata di significarmi con le sue dell'ultimo di Genaro ... Voleva Sua Maestà ch'io mi trattenessi quì sino alla fine delli Comitii, allegando tra l'altre ragioni, che come io fossi partito, haverebbono da un canto preso ardire gli heretici, et dall'altro li cattolici haverebbono scemato del loro ardore, onde sarebbono andati male il negotio di Vilna, et della Unione de' Rutheni; ma io mi sono iscusato con Sua Maestà, dicendo, che non posso fare di non obedire all'ordine di Nostro Signore, et che non dubito, che ogni cosa non sia per passar bene,

---

[420] Ex anno 1572, ut videtur, de pace servanda cum dissidentibus in fide.

[421] Convocatio haec scripta fuit stylo quasi iocoso, si consideretur factum, quod ipse Rex Sigismundus fuit primus motor Unionis, suis instantiis et hortamentis.

mediante massimamente l'aiuto divino, et la prudenza et pietà singolare della Maestà Sua (f. 75v) ... Il Duca di Chiovia vorrebbe in ogni modo rompere la Unione de' Rutheni; ha prima fatto dichiarar privi li Vescovi Rutheni dal Patriarca di Costantinopoli de' loro Vescovati, per essersi uniti con la Chiesa Romana; di poi gli ha fatti citar inanzi al tribunale di Sua Maestà, et hora mostrando un privilegio, che gli concesse il Re Stefano, di nominare a detti Vescovati, vorrebbe nominare altri soggetti, et levare di possesso li sudetti Vescovi, et così far ritornare le cose nel pessimo stato di prima. Ma spero nel Signor Dio, nel zelo di Sua Maestà, dell'Ordine Ecclesiastico et di molti Senatori, che i suoi impii conati non haveranno quel fine, ch'egli si pensa, anzichè la Unione non solo si conservarà, ma anco si aumentarà di giorno in giorno maggiormente. Intorno a che io non ho mancato di far dal canto mio tutto quello, che ho potuto, et così continuarò per tutti quei pochi di giorni, che mi fermarò qui.

. . . (f. 76) . . .

Di Varsavia, li 9 di Marzo 1598.

Di V. S. Ill.ma et Rev.ma humilissimo et devotissimo servitore
Germanico, Vescovo di S. Severo.

(f. 76v) All'Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo,
il Sig. Cardinale San Giorgio.

301.

Varsavia, 31. III. 1598.

De discessu Nuntii Varsavia et de rebus religionis in Comitiis pertractandis

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 96 E, fol. 84-84v, 85v; idem, fol. 88, 89. WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 150, nr. 654.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

(f. 84) . . .

Io però andai all'udienza per licentiarmi dalla Maestà Sua, con intentione di licentiarmi anco il giorno seguente dalli Ordini assegnatomi da essi a questo effetto. Ma la Maestà Sua non volse concedermi licenza, dicendo che voleva vedermi un altra volta; et subito ch'io fui giunto a casa mandò da me il Confirmato di Vilna,[422] et mi fece dire, ch'io dovessi restare

---

[422] Georgio Radziwill anno 1591 ad sedem Cracoviensem promoto, ad sedem Vilnensem nominatus fuit episcopus Luceoriensis hoc eodem anno 1591, sed non fuit a Lithuanis acceptus, et dioecesim regebat Capitulum. Tandem anno 1600 nominatus fuit ad hanc Sedem Benedictus Wojna (1600-1615).

insin' al fine de Comitii, et donare alli Ordini et ad essa questi pochi giorni, che ella pigliarià sopra di se, che Nostro Signore ne sarebbe restato contento et caso che io non mi quietassi, che la si protestava, che se la religione havesse patito detrimento, o che il negotio de Vescovi (f. 84v) Rutheni, o quello di Vilna fosse andato a traverso, che io ne haverei da render conto a Dio. ... Onde havend'io consultato con l'Abbate Comuleo et con altri questo fatto ... Rimanerò però sino alli 13 del presente, non già con molta speranza di operar molto di bene, ma si ben con molta di oviar al male. ...

(f. 85v) ... (N.B. - *Nunzio descrive la situazione molto triste di Polonia, tra l'altro*) Li Rutheni erano alieni dalla religione cattolica, hora sono uniti con essa religione. ...

Di Varsavia, l'ultimo di Marzo 1598.

Di V. S. Ill.ma et Rev.ma humilissimo et devotissimo servitore

Germanico, Vescovo di S. Severo.

(f. 86v) All'Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo,

il Sig. Cardinale San Giorgio, Roma.

302.

Varsavia, 20. IV. 1598.

De difficultatibus Comitiorum Regni ex parte Haereticorum et Schismaticorum.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 96 E, fol. 93-93v.
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 63 BC, fol. 292-93 (reg.).
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 151, nr. 655.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

Se bene non si sono da molto tempo in qua fatti Comitii nelli quali gli Heretici, gli Scismatici, li Politici, li fattionisti et li cervelli seditiosi siano comparsi maggiormente armati, che nelle presenti, per debilitare l'autorità Regia, Senatoria et Comitiale, per portar detrimento alla religion cattolica, per levare all'Ordine ecclesiastico et in spetie al Primato la preminenza, et essentioni, et ogni giurisdizione, per rompere la Unione de Rutheni con la fede cattolica, et finalmente per far rimanere le cose nell'absenza di Sua Maestà disordinate et confuse, et piene di suspitione fuori et dentro del Regno. ... (N.B. - *Perciò gli Ordini hanno permesso al Re di recarsi in Svezia*) hanno concesso contributione, della quale ne hanno assignati a Sua Maestà li Polacchi m/300 fiorini, li Lithuani m/100, li Rutheni altri m/100, et Ordine ecclesiastico ha promesso anch'esso di far un donativo a Sua Maestà, che pure ascendeva ad altra tanta somma di m/100. Di modo che se bene Nostro Signore non darà aiuto a Sua Maestà, sarà nondimeno stato autore perchè le sia sumministrato. Gli heretici

abierunt in domos suas. ACTA sunt hæc Romæ in palatio Apostolico apud sanctum Petrum vbi supra, anno indictione, die, mense et Pontificatu supradictis, præsentibus ibidem infrascriptis Officialibus et Consultoribus Officij prædictæ sanctæ Romanæ et uniuersalis Inquisitionis videlicet Reuerendo Pre Magistro Alberto de Florentiola Ordinis Fratrum Prædicatorum Commissario generali; Reuer Dño Cosmo Angelio de Barga, Iuris vtriusque Doctore, Assessore; Reu. Pre Fre Bartholomæo Miranda, eiusdem Ordinis Fratrum Prædicatorum, sacri Palatij Magistro, Consultore; Reu. Pre Magro Paulo de Mirandula, Vicario et Procuratore generali eiusdem ordinis, etiam Consultore; et Reu Dño Julio Monterentio Bononiensi, iuris vtriusqz Doctore similiter Consultore, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis, ac ibidem præsentibus quamplurimis alijs personis in numero copioso.

Et quia ego Anselmus Dandinus presbiter cesenatensis prout noscapticus de numero particip[ati]onis hij omnibus interfui, presens fui et rogatus fui, ideo huic presenti instrumento aliena manu fideliter scripto manum et sigillum meum apposui.





Ill^me Dñe, Dñe Obseruand^me

Summo omnium nostrum dolore orbi sumus parente nostro Metropolita, quando magis illius opera indigere videbamur nondum enim Sanctissima ista unio ita firmiter coaluit neq3 tantas uires accepit vt solicitudine careamus, et (quod aiunt) in utramq3 aurem ociosè dormire possimus: Sic idem uineam istam a dextera excelsi nouiter plantatam seu potius restauratam, et eximijs summi Pontificis uicti custodis, pijssimiq3 nostri Regis beneficijs irrigatam, singularis ferus depascitur, hoc est hæretici, et Schismatici demoliri summo studio enituntur, Sed speramus fore ut aliquando D: O: M: qui mira et ineffabili sua prouidentia pullos Coruos à Parentibus destitutos alit, et tuetur, et illos confundere, et hoc tantum opus suum fouere, ac perficere uelit, Porro autem Sey^mus Rex ne interea Russia suo debito capite, et Pastore careat quæ eius est singularis benignitas nominauit me, et ellegit in Archiepiscopum, literasq3 misit ad suam Beatitudinem tam pro confirmatione, quam pro dispensatione retinendi Episcopatú Wladimirien, tam diu donec integrè omnia bona Archiepiscopatus recuperata fuerint. Et quoniam certo scio hanc rem fauore et gratia Ill^ma D: V^ra indigere, ab ea suplex peto, ut quam alias sepe erga me ostendit benevolentiam, eandem in præsentia præstare cum Sanct.^no negrauetur: Quod reliquum eam quam optime ac diutissime ualere Cupio:

Datum Brestæ undecimo kalendas octobris 1599

Ill^ma ac R^ma D. V^ra

Ipatius Poczey nominatus
Archiepus Kiouien Epus
Wladimirien

non hanno ottenuto cosa alcuna. Li scismatici non hanno potuto rompere la Unione, anzi hanno li Vescovi uniti celebrato publicamente et solennemente nelle chiese latine con assistenza et appaluso grande, et hanno in publico Senato prodotto il privilegio, copia del quale sarà con questa mia, che ha fatto apparire l'honestà della lor causa, et l'ingiustitia et l'iniquità delli adversari. ... (f. 93v) . . .

Queste sopradette deliberationi prese, et attioni seguite ... (f. 95v) . . .

Di Varsavia, li XX di Aprile 1598.

Di V. S. Ill.ma et Rev.ma humilissimo et devotissimo servitore
Germanico, Vescovo di S. Severo.

(f. 96v) All'Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo,
il Sig. Cardinale San Giorgio.

303.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Cardinali Radziwill Episcopi rutheni, Rege absente a Regno, commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, vol. 162rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 164v, nr. 194.
Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 279, nr. 123.

Dilecto filio Georgio, tituli S.ti Sisti praesbytero Cardinali Radivilo nuncupato.

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem.

Omnes quidem catholicos Episcopos, fratres nostros, amamus, et paterna caritate quantum cum Domino possumus favemus. Sed rutheni Episcopi, qui nuper ad Catholicae Ecclesiae unitatem, ut nosti, redierunt, tanto nobis commendatiores sunt, quanto veluti novellae in Christo plantanes irrigandae sunt, ut firmius in eo, qui illis incrementum dat, coalescant. Etsi autem pietas tua stimulis non indiget, teque sponte erga eos propensum esse non dubitamus, tamen ut tanto sis propensior, eosdem Episcopos catholicos, eorumque clerum, et populum tibi diligenter commendamus. Etenim filio nostro carissimo Sigismundo Rege a Regno isto absente,[423] nunc maxime bonorum omnium, et tuo imprimis patrocinio indigent, ne a quoquam iniuria afficiantur. Erit igitur nobis valde gratum, si eos ita pro tua virili tueri perges, ut nullius audacia eis quovis modo detrimentum afferat.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

---

[423] Agitur de secundo itinere suecico ad ordinandas res Regni Suetiae, quod ei iure hereditario spectabat.

304.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Archiepiscopo Gnesnensi Episcopi rutheni commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 164v-165.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 167, nr. 196.
THEINER, *Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae*, vol. III, pag. 271, nr. 200.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 280, nr. 164.

Venerabili fratri Stanislao, Archiepiscopo Gnesnensi.[424]
CLEMENS PP. VIIIs. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Nihil necesse arbitramur, commendare Fraternitati Tuae ruthenos Episcopos, fratres nostros, qui reiectis erroribus, et pernicioso Schismate, ad fidei veritatem, et catholicae Ecclesiae unitatem redierunt. Nobis enim perspecta est pietas tua, et zelus divini honoris, teque sponte tua paratum esse non dubitamus propter Dei Gloriam tueri Episcopos illos, qui iam nobiscum unum sunt in Christo. Sed quia illos valde amamus, et insidiae sathanae nobis ignotae non sunt, et forte occasione arrepta, per absentiam Carissimi filii nostri Sigismundi Regis, aliqui ex Schismaticis quidquam eis iniuriae, aut incommodi quovis modo moliantur, ob eam causam Fraternitatem Tuam hortamur, et requirimus, ut eorundem patrocinium, totiusque illius nationis, quae snotram communionem sequitur, tanto efficacius suscipias, quanto id nobis gratius fore intelligis.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

305.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Archiepiscopo Leopoliensi res Ecclesiae Ruthenae, durante Regis absentia, commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 165rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 167, nr. 197.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 281, nr. 165.

Venerabili fratri Joanni, Archiepiscopo Leopoliensi.[425]

---

[424] Stanislaus Karnkowski (1581-1603).
[425] Joannes Demetrius Solikowski (1582-1603).

CLEMENS PP. VIIIs. Venerabilis frater, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Ruthenos Episcopos, qui Schismate damnato ad Romanae Catholicae Ecclesiae unitatem, Spiritu Sancto auctore, redierunt, valde amamus, et in visceribus Christi complectimur. Itaque ut semen Dei in ipsis, et in eorum natione incrementum accipiat, et ne ullis sathanae insidiis quovis modo impendiatur, valde in Domino expetimus. Quare Fraternitati Tuae magnopere commendamus, ut absente praesertim Carissimo filio nostro Sigismundo Rege, eos tuo patrocinio, ubi opus fuerit, tuearis. Erit id nobis apprime gratum, tueque imprimis pietati consentaneum.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

306.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Absente Rege Sigismundo a Regno Episcopi rutheni et S. Unio Episcopo Luceoriensi Bernardo commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 165v-166.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 167v-168r, nr. 198.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 281, nr. 166.

Venerabili fratri Bernardo, Episcopo Luceoriensi.

CLEMENS PP. VIIIs. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Pietas Fraternitatis Tuae non indiget stimulis cohortationis nostrae, ut ruthenos Episcopos, quos nuper intra sinum Romanae Catholicae Ecclesiae recepimus, tuo patrocinio, ubi casus venerit, tuearis. Te enim id iam et sponte fecisse, et sedulo facturum non dubitamus. Membra enim nostra sunt, et corpus unum in Christo. Sed quia eos valde amamus, id tibi modo significandum duximus, pergratum nobis fore, si nunc potissimum, Sigismundo Rege filio nostro carissimo absente, eis perges suffragari, ne cuiusquam iniuria, et eorum praecipue, qui ex eorum natione in schismate perseverant, Episcopi illi, quique sub eorum spirituali gubernatione sunt, ullo modo violentur.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

307.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Episcopo Cuiaviae Episcopi rutheni commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, 166rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 168rv, nr. 199.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 282, nr. 167.

Venerabili fratri Hieronymo, Episcopo Cuiaviae.[426]

CLEMENS PP. VIII s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Scimus antiquum humani generis hostem assidue contra Christum Dei mali aliquid moliri, quos proptera nos tanto magis christianae charitatis affectu tueri debemus. In eorum numero sunt Venerabiles fratres Episcopi Rutheni qui errores, et schismata detestati, ad Catholicam Ecclesiam confugerunt, quos nos ad communionem nostram amantissime recepimus, atque ut membra nostra in Christo sincere amamus. Illos igitur Fraternitati Tuae valde commendamus, hoc praesertim tempore, quo carissimus filius noster Sigismundus Rex e Regno isto est abfuturus. Age pro tua pietate ne cuiusquam iniuria eiusdem Sathanae instinctu afficiantur, sed eos eorumque spirituales subditos pro tua virili tuere, et defende. Servies in eo Deo gloriae, et nobis rem pergratam facies.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

308.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Alberto, Episcopo Plocensi, Episcopi rutheni commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 166-167.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 168v-169r, nr. 200.
Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 282, nr. 168.

Venerabili fratri Alberto, Episcopo Plocensi.[427]

CLEMENS PP. VIII s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Novellas plantas, quas in agro Catholicae Ecclesiae nuper, benedicente Domino, plantavimus, ruthenos scilicet Episcopos illos, qui ad sinum matris suae Romanae Ecclesiae redierunt, et eorum populos, qui eamdem communionem complectantur, paternae caritatis affectu irrigamus, et fovemus. Itaque Fraternitati Tuae tanto illos libentius commendamus, quanto magis pietatem tuam perspectam habemus, teque ultra ad eos iuvandos et defendendos propensum esse non dubitamus. Si quis igitur per absentiam praesertim carissimi filii nostri Sigismundi Regis eos quovis modo iniura afficere, aut laedere tentaverit, tu pro tua

---

[426] Hieronymus Rozrazewski, Episcopus Cuiaviensis (1581-1600).
[427] Adalbertus Baranowski, Episcopus Polocensis (1590-1607), dein Cuiaviensis.

virili parte eos adiuva, et sathanae insidiis obsta; erit id tua virtute dignum et nobis valde gratum.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

309.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Joanni, Episcopo Posnaniensi, Rutheni, Rege absente, commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 167rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 169rv, nr. 201.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 283, nr. 169.

Venerabili fratri Joanni, Episcopo Posnaniensi.[428]
CLEMENS PP. VIII s. Venerabilis frater, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Commendamus Fraternitati Tuae ruthenos Episcopos illos, cum eorum Clero, et populo, qui errores, et schismata detestati veram fidem, et unam catholicam Ecclesiam agnoverunt, seque in eius sinum admitti humiliter petierunt, quod eis benigne concessimus, et nunc ut viscera nostra in Christo illos amamus. Nec vero dubitamus te quoque erga illos pie affectum esse. Id enim pietas tua, et zelus salutis animarum requirit. Sed quia veremur, ne malorum omnium architectus satana, per absentiam praesertim carissimi filii nostri Sigismundi Regis, aliquid contra eos moliatur, te propterea hortamur, ut nunc tanto magis eos tua ope defendas, tuoque patrocinio, ubi casus venerit, tuearis. Erit id nobis valde gratum.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

310.

Ferrarie, 29. VII. 1598.

Joanni Zamoyski, Cancellario, Rutheni commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 167v-168.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 169v-170r, nr. 202.
THEINER A., *Vet. Mon. Poloniae et Lithuaniae*, vol. III, pag. 271, br. 200 b
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 283, nr. 170.

Dilecto filio, nobili viro, Joanni Zamoschio
Regni Poloniae Magno Cancellario.

---

[428] Joannes Tarnowski, Episcopus Poznaniensis (1597-1600), dein Cuiaviensis (1600) et demum Primas Poloniae (1601).

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Libenter Nobilitati Tuae ea proponimus, quae ad Dei gloriam et catholicae religionis incrementum in Regno isto pertinent, ut quae tua sponte facis, nostro etiam hortatu impensius facias. Commendamus igitur tibi efficaciter Venerabiles fratres Episcopos ruthenos, illos qui Spiritu Sancti afflatu, scismate reicto, ex errorum tenebris ad lumen catholicae veritatis emerserunt, et intra sinum sanctae Romanae Ecclesiae, extra quam non est salus, a nobis sint recepti. Veremur enim, ne per absentiam carissimi filii nostri Sigismundi Regis, satan per idoneos aliquos ministros suos eis molestiam inferre moliatur. Tu ergo pro tua pietate servos Dei, membra nostra, et eorum clerum, et populum patrocinio tuo tuere, et defende, ut publica quies omni ex parte retineatur, atque hoc quoque laudis apud bonos, et meriti apud Deum Nobilitati Tuae accrescat.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

311.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Palatino Cracoviensi, Nicolao Firley, Rutheni commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 168.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 170r, nr. 203.
Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 284, nr. 171.

Dilecto filio, nobili viro, Nicolao Firleo, Palatino Cracoviensi.

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Postulat pastoralis sollicitudo nostra, ut Venerabiles fratres ruthenos Episcopos, qui intra sinum Romanae Catholicae Ecclesiae a nobis recepti sunt, una cum eorum clero, et populo, omni caritatis officio prosequamur. Quia vero de Nobilitatis Tuae pietate praeclare sentimus, et omnia quae ad Dei gloriam pertinent de te nobis pollicemur, propterea eosdem Episcopos tibi magnopere commendamus, praesertim hoc tempore, cum filius noster carissimus Sigismundus Rex, e Regno isto est abfuturus, ne forte filii tenebrarum servos Dei quovis modo perturbare moliantur. Erit igitur virtutis Tuae eos pro tua virili tueri, quod Deo acceptum, et nobis erit apprime gratum.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

312.

Derrariae, 29. VII. 1598.

Palatino Lenciciensi, Stanislao Minski, Rutheni commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 168rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 170v, nr. 204.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 275, nr. 172.

Dilecto filio, nobili viro, Stanislao Minschio, Palatino Lenciciensi. CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Prosequimur praecipuo caritatis affectu ruthenos Episcopos illos, quos nos ipsi, Deo benedicente, ut Nobilitas Tua novit, intra sinum Catholicae Romanae Ecclesiae recepimus, eosque cum eorum clero, et populo, omni quiete frui valde in Domino optamus. Quare solliciti, ne quis Satanae administer, per absentiam praesertim carissimi filii nostri Sigismundi Regis e Regno isto, aliquid incommodi eis inferre moliatur, te, cuius pietatem, et virtutem plurimi faciamus, efficaciter hortamur, ut, ubi casus venerit, illis pro tua virili praesidio, atque adiumento esse velis. Erit hoc tibi ad meriti cumulum apud Deum, cui in suis servis honor adhibetur.

Datum ut supra.

313.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Janusio, Duci Ostrogiae, rutheni Episcopi commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 168v-169.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 171r, nr. 205.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 285, nr. 173.

Dilecto filio Janusio Duci Ostrogiae, Castellano Cracoviensi. CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Gaudium nostrum est in Domino, Venerabiles fratres nostros Episcopos omni quiete frui, ut Deo altissimo servire, et sacrificia pro peccatis populi offerre, et gregem sibi creditum multa possint cum tranquillitate ad caelestia, Deo iuvante, perducere. Sed pro Episcopis ruthenis, qui Romanane Ecclesiae unitati adhaerent, tanto id impensius optamus, quanto magis eos diligimus, propterea quod nos ipsi, Dei benignitate, illos ex schismate ereptos, intra sinum Catholicae Romanae Ecclesiae recepimus, quod Nobilitas Tua non ignorat. Ne igitur per occasionem absentiae carissimi filii nostri Sigismundi Regis e Regno isto aliquis Sata-

nae administer eos perturbare, aut quovis modo eis iniuriam inferre moliatur, te magnopere hortamur, ut pro tua virili eosdem Episcopos, et qui eis spiritaliter subiecti sunt, sedulo tuearis. Hoc tua virtute, et pietate in primis dignum erit, et nobis valde gratum.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

314.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

N. N. Episcopi rutheni commendantur, Regis absentia durante.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 169.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 171v, nr. 206.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. U, pag. 286, nr. 174.

Dilecto filio, nobili viro, N...[429]

CLEMENS PP. VIIIs. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Hoc erit argumento Nobilitati Tuae quam praeclare de tua pietate sentiamus, quod tibi servos Dei, fratres nostros, libenter commendamus. Hi sunt Episcopi rutheni catholici, qui, abiecto pernicioso schismate, iam superioribus mensibus ad unitatem, et communionem Romanae Ecclesiae confugerunt, quos paterne amamus, eosque omni quiete frui optamus. Sed quia multae sunt insidiae satanae, ne forte per absentiam carissimi filii nostri Sigismundi Regis aliqui eos perturbent, et damni aliquid, aut incommodi eis inferre moliantur, ob eam causam te magnopere hortamur, ut si opus fuerit, eosdem catholicos Episcopos, eorumque clerum, et populum pro tua virili parte ab omni iniuria tuearis; id Deo acceptum, tuaque virtute dignum erit, et nobis valde gratum.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

315.

Ferrariae, 29. VII. 1598.

Alicui nobili viro polono, a Nuntio Apostolico determinando, Episcopi rutheni catholici commendantur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 30, fol. 171v.
ASV, *Armarium* 44, vol. 42, fol. 172r, nr. 207.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 286, nr. 175.

---

[429] Saepe saepius Curia Romana hoc modo procedebat, i.e. nomina non specificabat, relinquendo determinationem personae Nuntio Apostolico eiusque Curia.

Dilecto filio, nobili viro, N...

CLEMENS PP. VIII s. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Persuasum nobis est de tua pietate, quod erga Episcopos ruthenos catholicos tua sponte egregie sis affectus; et vere a piis omnibus favendi, et adiuvandi sunt, qui veteri, et pernicioso schismate damnato, erroribusque abiectis, ad Ecclesiae, fideique catholicae unitatem redierunt. Itaque ut tanto propensius eis faveas, eos Nobilitati Tuae per litteras nostras diligenter commendamus. Erit nobis valde gratum, si eos hoc praesertim tempore, cum filius noster carissimus Sigismundus Rex a Regno isto aberit, a cuiusvis iniuria pro tua virili tuearis, si quis forte satanae instinctu illis molestiam adhibere conabitur.

Datum Ferrariae, sub Annulo Piscatoris, die 29 Julii 1598, Pontificatus Nostri Anno septimo.

316.

Romae, 11. I. 1599.

Clemens VII novum Nuntium in Poloniam mittendo Metropolitano Chioviensi suam gratiam testificat, et ut in omnibus Nuntio fidem haberet rogat.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 31, fol. 24v-25.
ASV, *Armarium* 44, vol. 43, fol. 28v-29r.
THEINER A., *Vet. Monumenta Poloniae et Lithuaniae*, vol. III, fol. 271-2, nr. 201.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 287, nr. 176.

Venerabili fratri Michaeli, Metropolitano Chioviensi, et totius Russiae.

CLEMENS PP. VIII s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Nulla locorum distantia caritatem disiungit, et nos fraterniattem tuam amamus, et tamquam portionem corporis nostri complectimur in visceribus Jesu Christi, posteaquam pio et salutari consilio rediisti ad Unitatem Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum matris, et magistrae una cum Coepiscopis tuis, qui lucem illam Spiritus Sancti acceperunt. Nunc ergo per has litteras nostras, nostri erga te amoris testes, salutamus te paterno affectu, nam per hoc tempus mittimus ad carissimum filium nostrum Sigismundum Poloniae Regem, et ad Regnum ipsum novum ordinarium Nuntium nostrum, et huius Sanctae Apostolicae Sedis, in qua Deo ita disponente, meritis licet impares, praesidemus. Is autem est unus ex Praelatis nostris domesticis quique in divinis officiis nobis propius assistunt, Venerabilis frater Claudius, Episcopus Regiensis, ex nobili

Comitum Rangonum familia natus[430], sed multis praeterea meritis et virtute praestans, quem praeterea valde amamus. Huic fidem Fraternitas Tua in omnibus cumulate habebit, et quae ad Dei gloriam et animarum utilitatem, et catholicae fidei amplificationem in tua ista natione pertinere intellexeris, poteris multa cum fiducia cum eo communicari; nam ope, opera, et omni officii genere, quantum cum Domino poterit, tibi adiumento erit, ut in vinea ista excolenda fructuosius, benedicente Domino, labores. Age igitur frater, vigila super gregem tibi creditum, illudque intra Domini ovile fideliter retine, hoc est in unione cum hac Sancta Sede, ut simul cum illis aeterna gaudia consequaris, et nos tibi, et clero, ac populo tuo fideli Apostolicam nostram benedictionem impartimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XI Januarii MCDCIX, Pontificatus Nostri Anno octavo.

317.

Romae, 11. I. 1599.

Novus Nuntius Apostolicus Episcopo Volodimiriensi, Hypatio Potij, commendatur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 31, fol. 25-v-26.
ASV, *Armarium* 44, vol. 43, fol. 29v.
Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 288, nr. 177.

Venerabili Fratri Hipatio, Episcopo Vuladimirensi, et Brestensi.

CLEMENS PP. VIII s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Qua semel Fraternitatem tuam praesentem caritate complexi sumus, eamdem sincero corde retinemus, tuique memores sumus, et te bene valere, et in ista Episcopali vocatione, qua Deo servis, feliciter agere optamus. Nunc autem nostri amoris testes litteras ad te damus, opportuna occasione invitati. Novum enim Nuntium mittimus in Poloniam, qui apud carissimum filium nostrum Sigismundum Regem, et Regnum ipsum, ordinarium illud munus gerat, nostro et huius Sanctae Apostolicae Sedis nomine, in qua humilitatem nostram divina bonitas praesidere voluit. Is autem est Venerabilis frater Claudius, Episcopus Regiensis, ex Comitibus Rangonis, quae familia in primis nobilis habetur. Idem praeterea Praelatus noster domesticus est, et Assistens, nobisque ob spectatam virtutem, et pietatem valde carus, cui ut fidem cumulatam habeas, non secus ac nobis ipsis a te petimus. Tu vero, frater, attende, ut facere te confidimus, tibi ipsi, et gregi tibi credito, et pasce eum verbo, et exemplo,

---

[430] Claudius Rangone, Ep.pus Regiensis, Nuntius Varsaviensis (1599-1606).

memor coniunctionis, quam in spiritu caritatis Christi habeas nobiscum, et cum hac Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre, et magistra, quam unitatem quo magis conatus fueris retinere, et ad eam plurimos, Deo iuvante, adducere, eo maiorem tibi ipsi in terris laudem, et in Caelo premia comparabis.

Datum ut supra.

318.

Romae, 11. I. 1599.

Episcopo Luceoriensi Cyrillo novus Nuntius Apostolicus commendatur, ipseque invitatur, ut Unionem propagare non cesset.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 31, fol. 26rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 43, fol. 30rv.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 289, nr. 178.

Venerabili fratri Cirillo, Episcopo Luceoriensi, et Ostrogiensi.

CLEMENS PP. VIII s. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Gaudium illud spirituale, quod eo tempore cepimus, quo Metropolita, et Episcopi aliquot rutheni, fratres nostri in Christo, Spiritus Sancti luce collustrati, ad unitatem Sanctae Romanae Catholicae Ecclesiae venerunt, perpetuo retinemus, et conservamus, et eos qui in sancto illo negotio pie laborarunt praecipuo amoris affectu prosequimur. Itaque Fraternitatem Tuam eo in primis nomine paterne amamus, tuique memores in Domino sumus, et nostrae erga te propensionis, et voluntatis testes, has ad te litteras damus, quas te omni cum reverentia accepturum non dubitamus, propter honorem Beatissimi Apostolorum Principis Petri, cuius locum, et sedem, meritis licet impares, Deo auctore, tenemus. Scribendi autem ea occasio est, quod novum nostrum, et eiusdem Sedis Apostolicae Nuntium mittimus in Poloniam, ut apud carissimum filium nostrum Sigismundum Regem Regnumque ipsum eo ordinario munere fungatur. Is autem est Venerabilis frater Claudius, Episcopus Regiensis, Praelatus noster domesticus, et Assistens, virtute sua et maiorum etiam nobilitate praestans. Est enim ex pernobili Comitum Rangonum familia, quem merito suo valde amamus. Huic nostro (f. 30v). Apostolico Nuntio fidem in omnibus habebis, perinde ac nobis ipsis haberes. Quod reliquum est, frater, vigila super gregem fidei tuae creditum, et pasce illum vitae exemplo et pabulo salutaris doctrinae, ut, Dei gratia adiutus, in eadem Unitate Ecclesiae Sanctae Catholicae, et Apostolicae illum retineas, et ad pascua aeterna perducas.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XI Januarii MDXCIX, Pontificatus Nostri Anno Octavo.

319.

Romae, 11. I. 1599.

Novus Nuntius Apostolicus Janusio, Ostrogiae Duci, commendatur.

ASV, *Ep. ad Principes*, vol. 31, fol. 28rv.
ASV, *Armarium* 44, vol. 43, fol. 31rv.
Welykyj A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 289, nr. 179.

Dilecto filio, nobili viro, Janusio, Duci Ostrogiae, Castellano Cracoviensi. CLEMENS PP. VIII s. Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem.

Amamus Nobilitatem Tuam sincero affectu, et te vicissim erga nos, et hanc Sanctam Sedem, in qua immeriti praes, idemus, animo in primis devoto esse, plane scimus. Itaque has ad te libenter litteras damus, amoris nostri testes (f. 31v), quas tibi reddet novus noster Apostolicus Nuntius, quem ad carissimum filium nostrum Sigismundum Regem, et Regnum ipsum Poloniae mittimus. Is autem est ex Praelatis nostris domesticis, et Assistentibus, nobis in primis carus, Venerabilis frater Claudius, Episcopus Regiensis, et Comitum Rangonum nobilitate, ex qua est familia, et suis virtutibus praestans. Ex eo caetera intelliges, quae te scire volumus, cui propterea fidem omnem habebis, et in eo praesentium, quod ad nostram erga le voluntatem pertinet, quam tibi, ubi usus venerit, rebus ipsis, quantum cum Domino poterimus, amanter comprobabimus.

Datum ut supra.

320.

Varsavia, 22. III. 1599.

Prohibentur Episcopi rutheni non uniti, ne ulterius suam iurisdictionem in damnum catholicae unitatis exerceant.

Harasiewicz M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, pag. 240-241.

Zygmunt III król polski etc. Wielebni wiernie nam mili.

Zastanowienie przez nas na sejmie przeszłym (an. 1598) między ludźmi nabożenstwa greckiego (ruskimi) za prosbą i usiłowaniem pewnych osób uczynione stało się najwięcej na niektórych z was, którzyście na synodzie Brzeskim przez Metropolitę y Eppy insze są dla waszego nieposłuszenstwa osądzeni i złożeni z waszych miejsc, aby zatrzymał się przeciw wam postępek do czasu; rozumieliśmy i byliśmy tego pewni, żeście będąc tego odłożenia postępku naszego przeciw Nam wdzięczni; mieliście nie jedno spokoiem się we wszystkim zachowac ale i do obaczenia pzychodzić;

lecz inaczey nas dochodzi; mamy sprawę mianowicie o wierności twej że nie iedno zle używasz tej łaski Naszej i zastanowienia naszego ale insze trudnisz i nie dasz im według tego zastanowienia naszego zostawać w pokoju; wdawasz się nie tylko w diecezyę tę, która była pod sprawą wierności twojej, ale i w inszych Eppów diecezyach w sprawy duchowne stanowiąc i podając kaplany, dyakony i duchowienstwo w nich, a wierności twey nie należy przeszkadzać Ep.pom i inszym jurisdycyam, i posłuszenstwo odeymujesz, ktemu bunty i ziazdy składasz, rosterki mnożysz, targasz się i na maiętności innych Ep.pów i sam i przez insze osoby; iuż tym wszysłkim zgwałciłes sam to nasze dobrodziejstwo i zastanowienie na seymie uczynione o co zostawujemy instygatorowi naszemu prawo przeciw wierności twej, który był przez nas zostawion, droga się otwarza, czego jednak wszystkiego my nie chcieliśmy użyć przeciw wierności twej, iżby pierwszej wierność twą w tym napomieli, jakoż napominamy, i daiemy to wierności twey znac, gdziebyś najprzód nie przestał tego, w coś się niełusznie w cudzej diecezyi wdał; nie kazał wrócić co odięto, a nie zachował się na potym skromnie i spojoknie, że my powinności w tym naszey nie zaniechamy, a tak przeciw wierności twey postąpiemy, iako sama rzecz i słuszność pokaże, w czym nie będziesz mògł powiedzieć, abyś przestrzeżon nie był.

Dan w Warszawie, dnia 22 Marca 1599.

Zygmunt król.

321.

Romae, 27. III. 1599.

Novus Nuntius Ap. Claudius Rangonus commendatur.

Bibl. Vat., *Barb. lat.*, 1922 fol. 297v.
MUH, vol. I, pag. 183, nr. 264.

Hipatio Episcopo Vladimiretano et Brestensi,
XXVII martii M.D.L.XXXXVIIII.
Perillustris ac Reverendissime Domine.

Grata et iucunda memoria contractae inter nos benevolentiae iam ab eo tempore, quo ad coniungendam cum Sede Beati Petri Rutenicam Ecclesiam longo et difficili itinere ad Urbem accessit, me inducit nunc ad captandam occasionem salutandi Amplitudinem Vestram. Eam vero mihi exhibet venerabilis Regiensis episcopus Dominus Claudius Comes Rangonus, apostolicus nuntius ordinarius ad Poloniae regnum, a Sanctissimo Domino Nostro destinatus; ex quo intelliget Amplitudo Vestra de mea erga ipsam propensione, simulque etiam de paterno Sanctitatis Suae

affectu erga vestram ecclesiam, cuius incremento Amplitudinem Vestram incolumem diu conservet Pastor Pastorum Iesus Christus.

Datum Romae etc.

322.

Romae, 27. III. 1599.

Episcopo Luceoriensi, novus Nuntius ap. Claudius Rangonus commendatur.

BIBL. VAT., *Barb. lat.*, 1922 fol. 297.
MUH, vol. I, pag. 184, nr. 265.

Cyrillo Episcopo Luceoriensi. XXVII martii M.D.L.XXXXVIIII.

Perillustris ac Reverendissime Domine.

Contracta iamdiu hic in Urbe benevolentia cum Amplitudine Vestra me adduxit, ut ei per has litteras amanter salutem dicerem, quas quidem afferet una cum Brevi Sanctitatis Suae venerabilis episcopus Regiensis Dominus Claudius comes Rangonus, Nuntius apostolicus ordinarius ad Poloniae regnum destinatus, vir nobilitate sanguinis et virtute insignis, qui Amplitudini Vestrae totique Rutenicae Ecclesiae opportunum, ubi opus fuerit, favorem et auxilium Sanctitatis Suae, a qua hoc in mandatis nominatim habuit, exhibebit. Reliquum est ut Amplitudo Vestra eiusdem Domini Nuntii quoties opus fuerit, studio fidenter utatur. Quam Deus Optimus Maximus incolumem diu conservet.

Datum Romae, etc.

323.

Lovicii, 28. III. 1599.

Stanislaus Karnkowski, archiep. Gnesnensis, de concilio provinciali convocando.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, 96 AB-1, fol. 257-265.
MUH, vol. I, pag. 184, nr. 266.

Sanctissime et Beatissime Pater, Domine, Domine clementissime.

